MEDICÆ ANIMADVERSIONES

PRO VERITATE

Illustrissimi Domini

IO: MARIÆ LANCISII

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

CLEMENTIS XI.

A Secretiori Cubiculo, & Archiatri

Circa sex Miracula

VEN. SERVÆ DEI

SOR. HYACINTHÆ

MARISCOTTÆ

Monialis Professæ

In Monasterio S. Bernardini Viterbij

Ordinis S. Claræ.





ROMÆ, Typis R. Cam. Apostolicæ 1716.

Superiorum permissu.

MEDICÆ ANIMADVERSIONES

PRO VERITATE

Circa ſex aſſerta Miracula

VENER. SERVÆ DEI SORORIS

HYACINTHÆ

MARISCOTTÆ.

Beatiſſime Pater.



VM Scriptoribus Chriſtianis feliciſſimum ſit diuinis in rebus, præſertim verò quæ ad maiorem Omnipotentis Dei laudem, & gloriam conſpirant, operam ſuam collocare; iure mihi gratulandum eſſe video, quod, vbi agendum, ac decernendum eſt, an conſtet de Miraculis poſt obitum Ven. Seruæ Dei Sororis Hyacinthæ Mariſcottæ Monialis Sanctæ Claræ, Sanctitas Veſtra per Eminentiſſimum Cardinalem de Abdua Cauſæ Relatorem tenuitati meæ humaniſſimè demandarit, vt ſtudia etiam mea ad eiuſdem Dei, & Sanctorum honorem vtcunque illuſtrandum diligenter conferam, & adijciam; quod quidem Medico homini tantò præſtantius, atque honorificentiùs exiſtimandum eſt, quantò animorum ſaluti conſulere præſtat, quàm corporum; ac ſummi, atque Immortalis Creatoris religionem, & cultum, quàm miſeram, & ærumnis plenam mortalium vitam tueri, ac propagare. Qua decet igitur animi alacritate, & examinis diligentia ſex aſſerta Miracula, quæ in Actis Beatificationis huius Ven. Seruæ Dei à Poſtulatoribus exhibentur, aggredior expendere: Fateri tamen debeo ipſomet in limine ex ijſdem nonniſi tria veris Miraculis meo quidem indicio adſcribi poſſe, nimirum II. V. & VI. cæteras verò ſanationes, vt demonſtrabo, ſolis naturæ viribus acceptas eſſe referendas.

PRIMAM ASSERTAM,

Sanationem Gratiosæ Antolinæ à dolorosa liberè ambulandi impotentia supernaturali causæ minimè esse adscribendam.

RAtiones, quibus adducor, vt ab hac sanatione Miraculum omninò semoueam, sunt

Primò, quod veritati haud consona mihi videtur hypothesis, quam Postulatores de huiusmodi morbo proposuerunt; fuisse scilicèt illam spinæ ventositatem, vt Barbari dixerunt, seù Pædarthrocacem, vt inter latinos Scriptores primus vocauit M. Aurelius Seuerinus. Etenim spinæ ventositas definitur ab eodem Seuerino, (a) quem alij ferè omnes sequuti sunt, per hæc verba = *Pædarthrocace abscessus est corruptorius, seù sphacelismus ossis circa articulum in pueris*. Mulier autem, de qua loquimur, agebat annum ætatis suæ 41. vt proindè longo annorum interuallo à pueritia distaret. Inducitur enim verò lentus hic ossium sphacelus, vt rectè tradit Dolęus, (b) ab acido fixo, ac maligno fermento intra osseam substantiam ipsis in vteri cunabulis, atque, vt ego interdum obseruaui, vitio quoque lactis à nutrice hausto, quod acceptum, congestumque à matre miasma auget, redditque deterius. Quamobrem filamenta ossium ab inuicem sensim diducuntur, eroduntur, atque ab ichore paulatim exundante periostium, ligamenta, & superpositæ membranæ facillimè irritantur, congestisque succis, in tumorem attolluntur, randemque per corrosionem externum in cute, sinuosum tamen vlcus, quod ab osse incipit, aperiunt.

(a) *De abscessu Puerorū propr. capit. 13. pag. mihi 24.*

(b) *Enciclopęd. Chirurg. lib. 7. cap. 2. pag. m. 744. §. 1.*

Accedit quoque ad exclusionem spinæ ventosæ, quod ipsamet sanata in suorum Actorum *Summario Test. XXIV. §. XXV. pag.* 14. (cui potissimum credendum, quippè quæ deponit de facto proprio) asserit vtique pusillum sibi tumorem in eiusdem dexteri femoris interiori parte succreuisse, & suppuratione apertum per octiduum modico pure manasse, verùm deindè spontè sua clausum fuisse = *Mi ero scordata di dire, che dal tempo di Carnouale dell'vltimo anno del mio male mi venne à capo vn tumoretto piccolo, come vna castagnola nella detta coscia dalla parte di dentro vicino al ginocchio, cioè sopra alla ligatura, e mi fece certa poca materia, durandomi qualche otto giorni, e non più, e subito si riserrò.*

Sed nulla hic mentio fit læsionis ossis, quæ si interfuisset, claudi vlcus intra hebdomadem non potuisset. Nam in spina ventosa tumores, præter quam quod non propè, sed in iisdem articulis eleuantur, itaut ignaris hominibus (quemadmodum aduertit Seuerinus) (c) *Ossis luxati speciem præbeant*; aperta vlcera non clauduntur, nisi affectæ ossis particulæ abscesserint: quo fit, vt in huius mali curatione ab omnibus scriptoribus proponatur incisio in modum crucis, vt cariei tentati ossis abrasio, vel vstio fieri possit; nec desunt, qui partis etiam amputationem ad malum omninò auerruncandum proponant.

(c) *Lib. cit. cap. 17. pag. 32.*

Morbus itaque descriptæ mulieris non fuit spina ventosa, cum tumor non quidem in articulo, & cum ossis carie, sed supra musculum va-

ftum internum citrà vllam ossis labem fuerit eleuatus, & breui, suaque sponte apertus, claususque.

Neque verò ad hanc conuellendam veritatem, Physici testimonium valet; etenim mihi ægræ tutius, quàm Medico in hoc negotio eredendum esse arbitror.

Secundò dein loco Miraculis non esse accensendam huiusmodi sanationem suadet vera morbi, quo mulier hæc torquebatur, natura; fuit enim species doloris ischiadici, suapte sponte paulatim remittentis, tandemque declinati, ac dissipati per equitationem, ambulationem, tempestatis in calidam mutationem, & quandam conceptam spem, ac veluti recuperandæ valetudinis æstum, vt interdum, in mulieribus præsertim, solet contingere.

Quod autem natura huius ægritudinis extiterit species affectionis ischiadicæ satis liquet ex ipsa, quam ægra tradidir, suorum symptomatum serie: Inquit enim *Summario* §.2.& 3.*pag*.11.& 12. = *Mi principiò il male, & il dolore nella sudetta mia coscia, ch'era la coscia dritta, e ci cominciai à sentir dolori acutissimi, che pigliauano la coscia da capo fino a' piedi, e pareua, che ci auessi i Zappatori, che mi zappassero l'ossa, e poi mi sentiuo arriuare quei medesimi dolori fino alla parte delle dita de' piedi &c.* = Idem sanè doloris progressus à capite ossis femoris vsque ad extremum pedem in ipsa ischiade describitur à nostris Auctoribus, quos inter Lazarus Riuerius (*d*) demonstrat dolorem ischiadicum ab alijs arthritidis speciebus in eo præcipuè differre, quod in his dolor solos articulos occupat, in illo verò, nempè in ischiade, non in sola est coxendice, sed etiam summam natem, & lumbos, & os sacrum occupat, ac in femur, tibiamque, & extremum pedem exporrigitur: quam certè doloris vsque ad pedem propagationem Aetius (*e*) ex Græcis, & Fernelius (*f*) ex Latinis quàm simillimam ei, quæ narratur mulierem nostram afflixisse, accuratè descripserunt. Oportet autem hoc loco cum Daniele Sennerto (*g*) diligenter animaduertere dolorem hunc non propriè articularem, neque in vno peculiari situ consistere, sed ad partes inferna, huc illuc plerumque descendere.

(d) *Prax. med. lib* 16. *cap*. 2. *pag m*.309.*c*.1.

(e) *Tetrab*.3.*ser*.4. *cap*.1.

(f) 6.*de par. morb. & sympt. cap*.18

(g) *Tract. de arthrit. cap*.6. *pagin.m*. 951.*c*.1.

Exclusa verò ab hac sanatione idea spinæ ventosæ, probatoque morbum fuisse speciem ischiadis, facilè nunc euincitur, potuisse illam sponte sua, varijs concurrentibus naturalibus causis dissipari. Nam non erat malum eius gradus, in quo os femoris luxationem patitur; in hac enim specie non tantùm dolor fixus adest in capite femoris, quod suo ab acetabulo excidit, sed crus vel decurtatur, vel longius euadit; tabescit etiam præ alio, tandemque claudicant ægri, vt ostendit Magnus Hippocrates 6. *aphor*.60. = *quibuscunque*, inquit, *à coxendicum dolore diuturno molestatis excidit coxa, crus tabescit, & claudicant, nisi vrantur*. Quorum profectò signorum altum est silentium in Summario.

Equidem (nisi prorsus hallucinor) liberationem huius mulieris ità euenisse arbitror. Habent eiusmodi dolores incertum quidem durationis tempus; habent tamen finem certum ad salutem, vt nullus historiarum medicarum, quem legerim, collector inueniatur, qui aliquem vsque ad mortem ischiadicis cruciatibus laborasse indicauerit: quinimò memoratus Sennertus citato capite fatetur, eosdem dolores postquam semel, atque iterum hominem afflixerunt, posteà toto vitæ tempore non reuerti. Cessant porrò plerumque apud pauperes ipsamet dolendi patientia, cuius vnguentum in podagra, chiragra, ar-

 thriti-

thritide, ac cæteris rheumaticis passionibus,ad quorum genus ischiadica affectio refertur, quibuscunque alijs pharmacis anteponunt clarissimi viri Schroderus, & Christianus Langius: præsertim verò dissipantur, cum diminutâ influente à toto corpore in affectam coxam acri lympha,æstas appropetat, quæ vniuersalem transpirationem promouet; ità vt quidquid intus lædebat, in auras resoluatur; accedentibus potissimum corporis motibus,atque hos inter equitatione. Quamobrem iure merito Themison apud Cœlium Aurelianum (*h*) iubebat, ischiadicos equitare, *quo magis ad vehementiam motus partium fieret vexatio*, videlicèt dimota solueretur, ac dispelleretur hærens muscularibus fibris lympha: atque Erasistratus, vt idem memorat Cœlius, deambulationem præscribebat prius quam aeris æstus ardesceret.

(h) *Lib.5.Tard.passionum capit.1, pag.m.572.*

Legantur propterea attento animo in exhibitis Actis *pag.12.* §.7. *&* 9. verba ipsius sanatæ; nam non dubito,quin clarè constaturum sit,morbum, & longitudine durationis, & motu corporis ægrotæ, & calore tempestatis fuisse depulsum. Etenim constat illam post trium annorum patientiam in tolerandis ischiadicis doloribus, tandem vi. Kal. Iunij (quo die sub annum 1688. Ascensionis festum recurrebat) nimirum appropera nte æstate à Viro suo in equum sublatam,& per tria milliaria, hoc est ab Oppido Sancti Martini Viterbium vsque vectam fuisse, ac posteà innixam quidem marito,suis tamen pedibus à Monasterio vsque ad sacram Diui Bernardini ædem perrexisse; quod certè circa meridianas horas hoc est vigente æstu,contigisse verosimile est, cum rursum ad Oppidum eodem die coniuges redire potuerint.

Ad hæc quoque accessisse putamus susceptam iam ab Ægra fiduciam in patrocinium Beatæ Virginis, & Ven. Seruæ Dei Sororis Hyacinthæ, quæ quidem firmam excitare potuit imaginationem, plurimum (vt alias in consimilibus consilijs larè probauimus) ad diuturnos etiam dolores tollendos naturaliter valentem. Suspendit enim in cerebro vim spirituum animalium, fluentium inordinato mo tu ad affectam partem; vndè dolor interdum minuitur; qua de re videantur, quæ ab Auctoribus scripta sunt, & præsertim ab Io:Alph Borell. (I) & à Nicolao Pechlino(K) de viribus imaginarionis in corporis doloribus; & sanè quoad ischiadicos dolores attinet, legimus apud Plinium (L) illos à Theophrasto carmine fuisse sanatos; quod sæpè nostra etiam ætate vsu venire comperimus; & Laurentius Straussius(M) refert Famigeratum Thebanum Hysmeniam cithara, & voce ischiadicos sanasse. Adeò verum est huiusmodi dolores ab animo, læ tia, fiducia, vel studio interdum occupato, facilè dissipari. Argumentum autem prætereo, quod à sexu desumitur, quodque aliquibus non leue videretur; scilicet mulierem hanc dolores suos fortè ab vterinis affectionibus natos passam fuisse. Nam, vt certum iudicium hac de re adhibere possemus, oporteret nouisse, an eiusmodi cruciatus incæperint à puerperio,vel ab alia vteri diathesi *Sequantur enim* (loquēs de ischiadicis doloribus) *non raro*, inquit Cælius Aurel. (N) *etiam eas, quæ matricis vexatione afficiuntur*: certè non leue argumentum consentientis vteri ad malum exhibetur in *Summar.*§.25.*pag.*14. vbi mulier interrogata an sumpserit aliquod medicamentum, cum respondisset, se olim multa, denique nulla, addit = *Solamente dieci, ò dodici giorni prima aueuo presso certi brodi alterati con fiori di noce, Capeluenere, Scabiosa, e bettonica*: Flores enim nucum inglandium, quos Botanici *Iulos* vocant, laudantur in suffocatione vterina, vt ex

(i) *e mot.animal.par 2.cap. 8. Prop. 97.pag.m.421.*

(k) *ib.3.obs. 11.pag. 455.*

(l) *ib.28.H.N.cap.2 g.m.8.*

(m) *n epist. ad Comit. ygbeum in Theat ympathet. pag.m. 40.*

(n) *oc.cit.pag.m.497.*

Ioele narrat Ettmullerſ (P) folia earundem Nucum aduerſus podagricos dolores adhibentur cum fructu, vt legimus apud Simonem (Q) Paullum: immò quotidiè nos etiam Romæ experimur ſimplicem aquam deſtillatam ex nucibus viridibus multum prodeſſe fæminis ab vtero laborantibus.

(p) *Schrod. dilucid. tit. Inglans pag. m.54.c.2.*

(q) *Quadripart. Botan. claſ. 2. pag. m.52.*

Neque verò propterea opinionem de muliere hac naturaliter ſanata deponendam arbitror, quod eadem, poſteaquam flex.s genibus iuxta Sepulchrum Seruæ Dei lacrymas fudit, ſine dolore ſurrexerit: Nam, vt mittam non propriis dumtaxat, ſed Mariti etiam Viribus concurrentibus, in pedes reſtitutam *Summar.* §.13. *Mi alzai, e nell'alzarmi è vero, che detto mio Marito mi diede il braccio*, ceſſatio dolorum alias quoque ſine ſpeciali Dei adminiculo contigit, vt ipſamet affirmat *Summar.* §.7.*pag.* 12. ibi enim fatetur dolorem non fuiſſe continuum, ac perpetuum, ſed aliquando feriatum. Verba ſunt=*Qualche volta per poco ſpazio di tempo ſtavo ſenza li detti dolori.*= Quod verò poſt menſem *M*aium non amplius redierint tribuendum eſt iis cauſis, quas ſuperius recenſuimus, motui ſcilicet corporis, atque æſtiuo calori ſuperuenienti; Etenim conualuiſſe circa ſolſtitium æſtivum conſtat ex iis, quæ narrantur in *Summar.* §. 18., & 19. quibus locis deſcribitur ſanatæ reditus Viterbium poſt menſem à primo itu, videlicet ſub finem Iulii, vt gratias redderet Seruæ Dei, à qua quidem iure dici poteſt gratiam aliquam accepiſſe, cum occaſio fuerit, vt hæc fæmina prope æſtatem magnum ac violentum corporis motum ſubierit, quo quidem pertinaces eiuſmodi dolores tandem ſoluuntur. Atque ego in memet ipſo ante 40. annos æſtatis initio expertus fui,(quod ſæpè ſæpiùs vulgo fieri ſolet) ſubitam ceſſationem moleſtiſſimæ lumbaginis, quæ me curuum, & quidem ægrè incedentem longo tempore detinuerat, ex quo amicus improuiſo poſt terga reductis brachiis meis, cum dorſum dorſo applicuiſſet, violenter è terra vniuerſum corpus meum ſuo impoſitum, ipſe antrorſum inclinatus ſubleuauit, conatuſque fuit, vt muſculi lumbares per contrarium ad poſteriora nixum, à morboſa verſus anteriora contractione liberarentur.

Quare, cum deſcriptæ Mulieris malum non fuerit ſpina ventoſa; ſed tantummodò iſchiadica fluxio, quæ conſueto naturæ ordine ceſſauit, eiuſdem ſanationem ſupernaturali cauſæ arbitror non eſſe adſcribendam. Quod tamen limatiſſimo, Supremo, ac infallibili SANCTITATIS VESTRÆ iudicio decernendum relinquo &c.

REVISA.

Io: Zuccherinius Subpr. Fidei.

SECVNDO LOCO

Aſſertam reſtitutionem viſus in Hieronyma de Rattis Miraculo eſſe adſcribendam.

NISI facti veritatem infirmat paucitas, & qualitas adductorum Teſtium, de quibus videant I. C. quorum intereſt illud expendere; mihi quidem videtur Hieronymam in Actis deſcriptam ab inducta ſex ante menſibus ſiniſtri oculi cęcitate ſolo miraculo in puncto temporis euadere potuiſſe. Nam in eadem muliere, & mali grauitas proximè præcedens, & interpoſita Seruæ Dei inuocatio, & continuò ſine vlla medicinæ ope ſubſequens ſanitas, quæ tria in probandis *M*iraculis potiſſimum exiguntur, perſpicuè, ac mirabiliter elucent.

Quod ſpectat ad mòrbi grauitatem, de hac quidem nemo poterit ambigere, qui animaduertat fuiſſe ophthalmiā productā ab ictu, quem durum, aculeatumque corpus Elateris vi præditum ſiniſtro oculo inflixit; quæ ſanè ophthalmia breui (vt ſolet cum ab ictu naſcitur) conceſſit in eiuſdem oculi ſiuè pannum, quem Medici albuginem, & leucoma; ſiue cataractam, quam ſuffuſionem dicunt. Mala certè, quæ non ſolum obcæcant, verum etiam difficillimæ ſunt curationis, vt propterea nullum aut ab aliis, aut à me curatum, vel ſaltem Scriptorum monumentis conſignatum viderim, qui ab oculi albugine, vel ſuffuſione in momento temporis conualuerit.

Fuit porrò prior ægritudo ophthalmia ab ictu elatere donati corporis, quod vt clarè innoteſcat, ſatis eſt legere teſtimonium ipſius ſanatæ *Summar. §.6. pag. 5. Ritrouandomi* (inquit) *alla mia Vigna, e atturando vn paſſo della fratta della medeſima Vigna, mi percoſſe l'occhio ſiniſtro vna verga di ſpine, ò ſia prunazzo ſaluatico, e per quella percoſſa mi cadde nel medeſimo occhio vna fluſſione grande con dolore inſopportabile, per la quale rimaſi ſenza veder niente lume dal d. occhio ſiniſtro; facendone io più volte l'eſperienza.*

Vinearum autem ſepes ſtruuntur, aut ſarciuntur congeſtis ſpinoſis virgultis, iiſque bicorni furca, vel alio iſtrumento inter ſe ita aptatis, & compreſſis, vt ſæpè ramus aliquis ſubterfugiens contra impingentem reſiliat. Reſiliiſſe itaque ramum in oculum miſeræ *M*ulieris, maiorèmque vim feciſſe dicendum eſt, quà fæminæ oculus, vt ſæpè fit, ſpinas ipſas offendiſſet; quod vnuſquiſque poteſt expendere, quem non latet longè maiorem eſſe percuſſionis vim, quæ à corpore reſiliente, quam quæ à ſimpliciter percutiente inferri ſolet.

Neque verò ab ictu ſpinoſi rami intelligi poteſt oculum alicubi non fuiſſe vulneratum; cum de natura Spinarum ſit non contundere ſolum, & irritare, ſed etiam pro ratione concepti impetus plus minuſue ferire, ac vulnerare, & quidem illicò magna fluxio cum dolore intolerabili oculum memoratæ *M*ulieris corripuit = *Mi cadde nel medeſimo occhio vna fluſſione grande con dolore inſopportabile.* Hinc igitur orta eſt grauis ophthalmia, cui ſucceſſit alter morbus ab Ægra per vocem *panno* ritè planeque deſcriptus in Proceſſu informatiuo, qui, cum acceptæ ærumnæ vicinior fuerit, magnam fidem in quibuſ-

dam

dam circumstantiis iure apud Reuerendissimum Fidei Promotorem meritus est: ibi autem Ægra veritatem his verbis perhibuit= *per la qual percossa restai offesa talmente, che dopo suanito il tumore, e cessato il dolore mi restò vn panno nel d. occhio.*

Et quidem aliter contingere non poterat. Nam cum oculos tenuissimis & summoperè sensilibus membranis, tubulisque natura vestiuerit, ac sepserit, quoties accidat eosdem à resiliente aspero, pungentique corpore vehementer pulsari, ac vulnerari, statim propter ictum, & irritationem inducto dolore, & propter scissionem tametsi minimam vitiata vasculorum structura, ac permeabilitate fieri non potest, quin sanguis, & lympha iis in locis subsistat; Vndè primùm inflammatio scilicet ophthalmia; deindè verò pro varia in Ægrotantibus, qui hoc infortunium sustinent, humorum dispositione, diuersi pariter morbi sucerescunt; potissimum verò pannus, & albugo, quam Sennertus (*a*) Riuerius, (*b*) aliique ab ophthalmia post se relinqui passim asseruerunt.

(a) *Pract. lib. 1. part. 3. sect. 2. cap. 16. pag. m. 209. c. 1.*

(b) *Prax. med. libr. 2. cap. 7. pag. m. 54. c. 1*

Etenim humores, qui cum sanguine in oculum influunt, eiusdem sunt indolis, ac illi, qui ad alias partes feruntur; videlicet mixti ex puro subtilique sanguine, ex ichoribus, ex lympha, atque etiam chylo: proinde minimo negotio contigit, vt in oculo huius Ægræ, dempta vasorum propter ictum permeabilitate, non tantùm sanguis ad procreandam ophthalmiam moras traxerit; verum etiam crassiores partes tum lymphæ, tum chyli, refluentibus particulis subtilioribus eiusdem sanguinis, intra corneæ laminas, vel inter corneam, & adhærentem membranam subsederint; vbi eo vsque solent erassescere, vt corneæ ob pupillam positæ perlueiditatem, indeque ipsi Ægrotanti omnem videndi facultatem tollant, præpediendo nimirum quominus radii lucis ab obiectis reflexi ad vsque crystallinum, ac retinam valeant permeare; quamobrem Sanata citato S. ait, *per la quale rimasi senza veder niente lume da detto occhio sinistro &c.*

Huiusmodi autem oculorum morbi, qui humorum concretionem factam significant, citò quidem inuadere, sed nunquam citò fugari, ac dissipari possunt. Vndè Riuerius pannum, seù albuginem inueteratam, cuiusmodi isthæc fuit, non facile curari affirmat, multoque minùs in instanti temporis; cum oculus sit pars exquisiti sensus, vt remedia, quæ violenter dissoluunt, aut abstergunt, nequeat sustinere. Nam valida in oculis remedia partem induratam relinquunt, & obtenebratam; vt monet Cæsalpinus. (*c*)

(c) *Art. med lib. 5. cap. 44. pag. m. 268.*

Sed longè probabiliùs mihi videtur pannum, quem oculo suo obductum mulier asseuerauit, fuisse cataractam, seù suffusionem. Nam secundùm diuersas affectiones fluidarum, solidarumque partium ex leuissimis etiam externis causis homines non rarò grauissimis, subitaneisque morbis ægrotant: quamobrem apud Hippocratem [*d*] habemus testimonia, quibus ostenditur ex pusillis primo adspectu occasionibus maxima, atque etiam lethalia mala interdùm pullulasse. Præsertim verò idem narrat historiam Virginis, quæ *à Mulierculæ amica ludente latâ manu percussa est secundùm sinciput*, & illicò vertigine, aliisque grauibus symptomatibus correpta, denique *nona die mortua est*. Adeò species colaphi ab amica illati non visus tantùm obtenebrationem, sed mortem quoque induxit, qui cœteroquin colaphus ab Amato, [*e*] & Zaccut. [*f*] Lusitanis subitæ cœcitatis causa fuisse censetur.

d *5. Epid. num. 20.*

e *Cent. 7. obs. 44. pag. mihi 144.*

f *In Prax. admirand. lib. primo obs. 52.*

Mulierem verò, de qua loquimur, habuisse cum in oculis, tùm in flui-

dis

dis malam constitutionem, ex eo potissimùm deducitur, quod post ictum sinistri oculi, & inductam cœcitatem, exactis iam sex mensibus ob nouum duntaxàt ad Vineam iter, nouam altero in oculo ophthalmiam contraxit, *Summario* §. 8., *&* 9. *pag.* 5., *&* 6. = *Il mese di Aprile poi mi venne voglia d'andare alla sudetta Vigna ad ammazzare le Roghe con vna mia figliola, che si chiama Olimpia &c. se bene non ci vedeuo niente dal detto occhio sinistro; E quando fui alla Vigna, ch'era vn giorno doppo pranzo, mi sentij venire vn gran dolore nell'altro occhio destro.*

Sed instabit forsitàn Reuerendissimus Fidei Promotor, suffusionem, quæ fit a lympha paulatim concreta inter humorem crystallinum, & membranæ vueæ Sphincterem, qui pupillæ foramen dicitur, oriri non potuisse tàm breui temporis spatio, quemadmodùm factum existimandum est in Muliere, cui non diù ab accepto ictu in oculo subsedit rumor, ac dolor abijt: mòx verò pannus apparuit, & cœcitas manifestata est. Nos facilè respondebimus adductâ statìm ratione; deindè etiam experientiâ. Primum enim suffusio, seù cataracta, quæ spuria dicitur, & à leuibus, atque ab hypochondrijs plerunque deriuatis causis producitur, vtique sensim, ac sine sensu coalescit; itaut Ægri primum corpuscula quædam, vt pilos, culices, muscas volitantes, lanarum, aut araneorum filamenta oculis suis obuersari arbitrentur; subindè aër nebulosus ijsdem appareat; mòx obiectorum simulacra velutì per obscurum vitrum traiecta conspiciantur; postea visio imminuatur, tandemque omninò depereat, spatio plerunque sex mensium, vt ad rem monet Lazarus Riuerius: [g] quoniam morbida lympha paulatìm crassescit, atque in tunicula densatur. Veruntamen vbi è contrario vrget suffusio legitima, ac potissimùm vbi externa, ac vehemens causa cum apparatu morbifico concurrit, velutì in nostra hypothesi conspirasse credendum est, tunc sanè quàm citissimè tùm oculi structura vitiatur, tùm eiusdem humores turbantur, confunduntur, atque in crassamentum abeunt, vt suffusio, seù cataracta paucis etiam diebus confirmata, & perfecta producatur. Hinc non immeritò Ioannes Fernelius [h] refert *se vidisse omninò crassam, atque consummatam suffusionem vno die congestam*, redditque rationem, inquiens, *si crassus humor in opticum neruum repente incidens subito obcæcat; cur non etiam is longius ob pupillam prolapsus repentinam suffusionem, eamque perfectam inducet?* Hanc verò celeritatem procreationis legitimæ cataractæ non semel à se visam restatur quoque Riuerius. [i]

Atqui facilitatem celeritet inducendæ cataractæ, quam nos, & rationibus, & auctoritatibus confirmare studuimus, multo clariùs, atque apertiùs experimento demonstrauit maximus inter magnos Chirurgos Guilhelm. Fabr. Hildanus [k] proponens exemplum suffusionis momento temporis ortæ, quod sanè, cum nostro casui Hieronymæ de Rattis tàm simile sit, quàm ouum ouo, necessarium arbitramur illud eiusdèmet Auctoris verbis exponere. *Cuidam* (inquit) *Abraham Bangerder von Scholottuneyl findêdo ligna, festuca ad oculum sinistrum prosiliit, non tamen ad ipsam corneam, sed ad palpebram: idque non sine maximo dolore &c. Paulò post cessante dolore, cum oculum aperuisset, visum amissum esse cognouit. Octiduum post, cum Bernam ad me venisset, maculam quandam, aut veluti membranam inter crystallinum, & foramen vueæ inueni &c. Erat autem alba, & aliquomodo inæqualis suffusio illa, sed adeo crassa, & dura, vt foramen vueæ planè*

g *Prax. med. lib. 2. cap. 4. pag. mihi 49. c. 2.*

h *De part. morb. lib. 5. cap. 5. pag. mihi 513.*

i *Loc. cit.*

k *Obs. Chirurg. centur. 5. obser. 14. pag. mihi 236.*

nè obturaret; itaut nihil omninò oculo isto videre, multo minus quidquam discernere posset Æger.

In re certè adeò per se aperta plura non requirerem, nisi me adducta historia compelleret ad concludendum, quod, quemadmodùm ligni festuca in oculum insiliens potuit momento temporis post excitatum maximum dolorem, veram, ac legitimam cataractam inducere, quam (vt idem Hildanus scribit) incuratam reliquit, quia *huiusmodi suffusiones* (nempe ab externa causa productæ,) *vt plurimum curationem non recipiunt*; ita & spinæ virgula in oculum nostræ mulieris resiliens, post magnum dolorem suffusionem valuit producere, quæ & ipsa curationis omninò erat incapax, cum quæ ab ictu oritur *insanabilis sit* docente etiam Abros. Paræo, [l] ac proindè basim, ac fundamentum iacere potuit futuro Miraculo. l *Su a Chirurg. lib. 1 6. cap. 21. circa finem pag. mihi 474.*

Fuerit igitur morbus huius Mulieris, qui eidem sinistri oculi visum eripuit, fuerit, inquam, vel pannus, vel suffusio; profectò vtrobique magnus, grauis, & incurabilis, quippè qui ab externa causa productus, multoque minùs spontè, ac sine vllis remedijs quàm citissimè sanari posse dicendus erat.

Veram vtique citamque methodum curandi eos, qui percussionem cum punctura passi sunt in oculis, proponit Hippocrates [m] in illo, *qui oculo percussus est secundam palpebram cum acus altè penetrasset: secta enim fuit palpebra, & sedata sunt omnia.* Nàm sanguis ex recens accepta punctura largiter exijt, quod, vt in commentatio subdit Vallesius, multum habet momentum ad salutem. Sed in casu, de quo differitur, eiusmodi sectio non fuit admiuistrata, & præter cucurbitulas scarificatas, & collyrium ex aqua rosarum, quæ nihil profuerunt, de vera, & peculiari medela ne quidem cogitatum fuit: quare post percussionem ac vulnus, cum ipse congestus sanguis foras non fuerit deriuatus per proximum ventrem, vt alio loco faciendum iubet Hippocrates, celerrimè potuit pannum, & cataractam progignere. m *Loc. cit.*

Consonant autem tùm inter se, tùm vel maximè cum rei veritate, dicta Ægræ, & Sororis eius, quanquam diuersa Reuerendissimo Fidei Promotori visa sunt. Scilicèt ipsam Ægram dixisse ab affecto sinistro oculo nihil penitùs cernere potuisse: Sororem verò illius in processu Auctoritate ordinaria confecto *fol. 662.* vsam fuisse aduerbio *quasi*, perindè vt eam crediderit non omninò, sed propè cœcam. Nam præter ea, quæ ad diluendum argumentum à Postulatoribus afferuntur, hoc non tollit, quin malum fuerit vel albugo, vel cataracta, in quibus passim contingit, vt Ægri aliquid sibi videre videantur; & tamen reuerà in oculo, qui eo morbo vexatur, visum amisisse dicuntur. Quinimò tantùm abest, vt in cataracta aduerbium *quasi*, tametsi accipiatur pro circumscriptione, ac limitatione veræ cœcitatis, minuat grauitatem ipsius mali, vt, quod attinet ad medelam, malum adaugeat. Etenim cum in cataracta, quæ spontè sua nascitur, vulcum sit, quod vsurpari possit, remedium, mechanica illius per acum depositio; hæc quidem adhiberi nequit, nisi cataracta sit iam completa, perfecta, & consummata, quæ talis non est, nisi cum visum affecti oculi penitùs intercipit, ac plenam cœcitatem inducit, quam re ipsa in Muliere, de qua disputamus, fuisse probatur per eiusdem patientis querimoniam, & alios Testes deponentes de actibus, quæ nonnisi cœcis conueniunt, & quibus standum esse firmauit *Sacra Rota in decis. Mediol. Benor. coram R. P. D. Comitulo nu. 3.* & 4.

40

& 4. inter alias collecta à P. Zacchia Quæst. Med. Legal. decis. XII. *pag. mihi* 379.

Cæterùm non morabitur hìc nos examen qualitatis alterius ægritudinis, qua mulier pridie ante sanationem dextro in oculo correpta fuit. Nam planè describitur pro vera ophthalmia non tantùm à Sanata, verùm etiam à Bernardina eiusdem Sorore, quæ in *Summario informat pag.* 66t. *iuxtà* 11. per hæc hæc verba loquitur = *Detta mia Sorella il primo giorno di Maggio riceuè la grazia in questa forma: cioè che, essendosi la medesima portata l'vltimo giorno di Aprile &c. ad vna vigna &c. questa all' improuiso si sentì assalire da vn tumore grande sull'occhio destro, quale, oltre il farla lacrimare dal detto occhio li rendeua anche vn dolore insoffribile, essendosi tutto enfiato, e fattosi rosso, & acceso come vn fuoco. Restò per tale accidente affatto senza vedere* , = & inferiùs, = *e così sopragionta la detta flussione all' occhio destro, venne à restar priua affatto di vedere &c.* = omnia autem hæc signa sunt veræ, & legitimæ ophthalmiæ, quam certè non magni facerem, neque, si sola esset, nunc ad superstruendum Miraculum adducerem; sed quoniam agitur de morbo recens nato, qui superuenit antiquo, nimirùm albugini, vel vt verosimilius censeo suffusioni alterius oculi, non dubito, quin vtraque affectio, quæ nec naturæ, nec artis ope sublata ad vsque Kal. Maias pertinaciter perseuerauerit; profectò firmum sit iudicanda fundamentum gratiæ supernaturalis.

Demonstrata proculdubio grauitate morbi, quo Mulier hæc proximè antè recuperatam valetudinem detinebatur, minùs arbitror mihi laborandum esse, vt ostendam ipsam lapatam ad merita Ven. Seruæ Dei supplicem confugisse. Etenim quod spectat ad inuocationem perspicuè illam attestatur ipsa Ægra *Summario pag.* 6. §. 10. inquiens. *La mattina mi leuai à tastone, e senza, che io ci vedessi niente, andai alla cassa, l'aprij, e presi la detta corona, che staua in cantoncino della cassa medema, e con deuozione, e fede mi strofinai più volte con detta corona tanto l'occhio destro, nel quale mi era mancata la vista nel giorno antecedentemente, quanto l'occhio sinistro, dal quale erano sei mesi, e forse più, che non ci vedeuo; e mentre mi toccauo così gl'occhi con detta corona diceuo il Pater noster, e l'Aue Maria, e mi raccommandauo di cuore à questa Santa; cioè alla detta Serua di Dio Suor Giacinta, che mi facesse ritornare la vista*=& inferiùs pag. 7. §. 18.= *Dopo essermi raccommandata alla detta Serua di Dio &c.* , similiter filia eiusdem sanatæ Testis XVI. *Summario pag.* 8. §. 28. asserit = *e raccommandandosi a questa Serua di Dio Sor Giacinta la mattina ci leuammo tutte due, e lei à tastone andò alla cassa, conducendola ancor'io, e prese quella corona à tastone &c. si toccò con quella ambedue gl'occhi dicendo in quel mentre ò santa fatemi tornar la vista &c.*;Id quod planè confirmatur à Teste XVIII. & XIX. de auditu *Summario pag.* 10. §. 41., *& pag.* 12. §. 56.

Tandem, quod attinet ad subitam perfectamque sequutam sanationem, ex iisdem testibus apertissimè probatur;omnes enim in id concordant, vt fateantur Hieronymam oculis captam illicò à contactu præcariæ coronæ, & à recitatione orationis Dominicæ visum recuperasse. Sanata quidem *Summario pag.* 6. §. 11. *subito, che mi fui toccati gl'occhi con detta corona con mio stupore ci cominciai à veder lume, e quell'istessa mattina ricuperai perfettamente la vista*. Et quoniam in sinistro oculo propter albuginem, in dextro propter ophthalmiam omni luce orbata fuerat, addit = *da tutti due gl'occhi essendomisi partito anche il*

dolore

dolore = nimirum ab ophthalmia productum. Additque etiam experimenta, quæ ab eadem tentata fuerunt, vt non solius spei, atque Imaginationis, sed veræ sanationis fructus existimandus esset effectus, quem ipsa videndo cognouerat. Nam testificatur §. 12. = *e feci l'esperienza, che ci vedeuo da tutti due quell'istessa mattina col serrarmene con la mano prima vno, e ci vedeuo dall'altro; e serrandomi poi l'altro ci vedeuo benissimo anco da quel primo &c.* Testis pariter XVI. *pag.* 8. §. 29. id ipsum affirmat = *e subito, che si fù toccata con detta corona ci vidde lume da tutti due gl'occhi*. Testis XVIII. *Summario pagina* 10. §. 41. *La trouai leuata, e che ci vedeua benissimo tanto dall'vno, quanto dall'altro &c. e perciò staua tutta consolata, e contenta*. Quinimo, ne de morbi reuersione quis ambigere posset, adiungit= *e dopo ci hò visto sempre bene da tutti due gl'occhi, senza che gli sia venuto più male*. Quid clarius à Testibus adduci potest, vt significetur, demonstreturque mulierem luce orbatam, & subitò, & perfectè, & sine vlla reuersione conualuisse?

Iam verò præparaueram animum ad respondendum singulis difficultatibus, quas Reuerendissimus Fidei Promotor acri, quo pollet ingenio, summaque eruditione subtiliter excitauit. Sed cum videam à D. causæ Patrono spartam hanc feliciter ornatam; nec quidquam ad purgandam grauitatem morbi de quacumque re, quæ obijci possit, nunc superesse; id solum mihi reliquum videtur, vt Sacræ Congregationis, & potissimum Supremo, ac infallibili SANCTITATIS VESTRÆ Iudicio decernendum subijciam; num eiusmodi sanatio Miraculis secundi ordinis, quod mihi affirmandum hactenùs visum fuit, sit accensenda.

R E V I S A:

Ioannes Zuccherinius Subpromotor Fidei.

Tertio loco pôsitam Sanctimonialem Mariam de Guerrinis à recurrente per interualla dolore colico vindicatam fuisse, partim naturæ, partim artis viribus adscribendum videri.

(a) *Quæst. Med. leg. lib. 4. tit. 1. quæst. 8. pag. m. 223.*

MVlta, eaque firma ex Actis eruuntur argumenta, ad probandum sanationem recensitæ Monialis non quidem Miraculo, sed solis naturæ, artisque operibus accensendam esse. Nam plurimæ conditiones, animaduertente præcæteris inter nostros P. Zacchia, (*a*) ad Miraculorum in Ægrotantibus demonstrationem exiguntur; præcipuè verò, vt primo ægritudo sit, vel penitùs insanabilis, vel saltèm grauis, eaque infirmo minimè familiaris. Secundò, vt sanatio adhibitis remedijs adscribi non possit. Tertiò, vt nulla intercedat crisis. Postremò vt sit vndequaque perfecta. Has autem conditiones in exposita Moniali planè desideratas fuisse inferiùs, vt arbitror, euidentèr apparebit.

(b) *Cap. 10. de varijs intestinorũ doloribus pag. m. 161. s. 1.*

Etenim primò defuit conditio morbi, saltèm curatu difficilis, nèc familiaris; Nàm colica, *rarò est periculosa*, vt scribit Ettmullerus, (*b*) quotiès scilicèt sæpè recurrit, ægrique ab ea, vel spontè, vel simul adhibitis remedijs fæliciter curantur; vndè redditur malum familiare, ac proindè minùs periculosum. in nostro autèm casu dolor colicus iam à tribus annis semel, aut bis in mense, vt Monialem corripere, ita citrà vllum Miraculum desinere solebat *Summario pag.* 7. §. 5. *&* 6. = *Haueuo patito di questi acerbissimi dolori per lo spazio di trè anni; essendo soliti di assalirmi quando ogni quindici giorni & alle volte ogni ventidue giorni; E quando ero da questi assalita mi duraua il trauaglio, ed il patimento di essi alle volte per lo spazio di dodici ore, & alle volte anche di ventiquattro ore* = erant igitur ægræ familiares, ac remittere absque Miraculo consueuerant.

(c) *Loc. cit. nu. 17.*

Morbi autèm, qui sunt Ægrotis consueti Miraculum excludunt, vt idem fatetur Zacchia, (*c*) cuius integrum testimonium liceat huc traducere, quippè quod perspicuum reddet, sanationem ex hac parte non fuisse extrà naturæ ordinem = *Necesse est*, inquit, *morbos* (loquitur de conditionibus ad Miraculum) *non esse consuetos, hoc est non consueuisse Ægrotis aliàs ijs morbis affici, & ex ijs quanquam difficilibus sese recolligere. Sunt enim, qui morbos magnos, exitiales, & horribiles pati, & ex illis præter spem non semel, aut bis, sed multotiès sanari consueuerunt. Vidi ego, qui quolibet trimestri spatio tali morbo afflictaretur, vt nullum excogitari posset tàm exitiale symptoma, quo ex illo morbo non molestaretur; hic, cum ab alijs eius naturæ ignaris pro mortuo haberetur, omnes pluries, vt dixi, delusit: quod etiam in alijs ego animaduerti, & alios animaduertisse scio. Vniuersaliter autèm videbis* (notentur hæc verba) *mulieres multò difficiliores, & atrociores morbos pati, quàm viri faciant, & tamen sese ab illis faciliùs extricare.*

Neque verò dubium esse potest, quin colica passio sit morbus claustralibus admodum familiaris, cùm passim id, & nos viderimus, & ab alijs aeccperimus eonfirmatum, ac præsertim à Iacobo Ocrhæo in obs. proprijs apud Schenkium, (*d*) qui literis mandauit coli dolorem eos potissimum occupare, *qui in Aulis, vel in Cœnobijs viuunt*; additque rationem, *quod largiori potu, ac victu plerumque pleniori vtantur, exercitijs verò debitis careant*.

(d) *Lib.4.obs.XVII pag.m.247.*

Et quanquam colicus dolor, cum est habitualis, sæpè transire solet in alios morbos, ac præsertim in paresim, vel apoplexiam: quod apud eosdem Monachos frequentèr accidere citatus Oethæus animaduertit; hoc tamen in casu nostro non contigit, quia partim naturæ partim artis ope, vt mox dicemus, reuersiuorum dolorum causa foras extrusa fuit, prauæque corporis eius dispositiones prorsùs emendatæ fuerunt.

Deindè huiusmodi sanatio adhibitis opportunè remedijs tota certè adscribenda videtur, cum nulla medicamenta (vt Willisius (*e*) etiam apud vulgus vsu venire comperit) vel celerius admoueri, vel magis idonea in colicis doloribus esse soleant, quàm clysteres, & fomenta. Vtraque autem in nouissimo illo Monialis paroxismo admota fuisse Testes affirmant *Summario pag.12. §.40. E ben vero, che in quell'atto, che staua così malamente grauata, come sopra, gli fù fatto vn non sò che clistero, e fomenti, & pag.17. §.77. & intanto venne il Signor Medico, il quale si era fatto subito chiamare, e gli fece fare vn Cristiere carminatiuo con gl'ingredienti di diuerse erbe, e gli fù subito fatto*.

(e) *Path.par.2.cap.15.pag.m.327.*

Fateri vtique cogimur Medici examen, ac testimonium, quod multum huc luminis afferret, in Actis desiderari; non enim nunc versaremur in tenebris circa ea, quæ clysteribus permixta fuerunt. Potuit etenim Clinicus admiscuisse aliquod narcoticum, hoc est pharmacum quietem, somnumque inducens, quod in his casibus laudatum legimus apud Sennertum, (*f*) cæterosque ferè omnes Practicos: potuit etiam Aquam benedictam Rulandi, videlicèt infusionem ex antimonio paratam infudisse, quam Riuerius (*g*) in confirmatis colicis doloribus suis in obseruationibus magnopere commendat. Illud tamen extra dubitationis aleam positum reor, nostram Ægram à Medico per id temporis, cùm de Miraculo agebatur, præsentissimis Medicaminibus adiutam fuisse. vbi verò certò constat Ægros proprijs, atque opportunis presidijs tractari, si postea conualuerint; iam viget notissima regula, non esse recurrendum ad supernaturalem causam; cum restituta sanitas ijs tribui debeat medicamentis, *quæ de terra creauit Altissimus, & quibus curans*, vt sacræ paginæ testantur, (*h*) *mitigat dolores, & Vnguentarius facit pigmenta suauitatis, & vnctiones conficit sanitatis*.

(f) *Pract.lib.3.par.2.sect.2.cap.2.pag.m.432.c.1.*

(g) *Cent.prima obs.58.& 67.cent.2.obs.12., & cent.3.obs.22.*

(h) *Ecclesiast.capit.38.vers.5.& 7.*

Prætereà eò magis naturali principio tribuenda videtur sanatio huius Monialis, quo apertiùs per salutarem in illa crisim coniuncta, vt Medici aiunt, dolorum causa vomitu tandem exclusa fuit, indeque Ægra subitò melius habuit; immò verò ferè in integrum conualuisse, atque à doloribus vindicatam fuisse narratur. Audiamus igitur assidentium verba *Summario pag.14. §.54. = In quel medemo istante fù auuertito, che detta Suor Maria Visita fece segno di respirare, & io sentij il polso, che ritornaua, e poco dopo essa fece vn moto grande con la bocca, come se volesse vomitare, e mi pare, se non erro, che dasse fuora due boccate di robba nera: Si rinuenne immediatamente del tutto: cominciando à ripigliare il respiro aggiustatamente, e disse, che non aueua*

più

più dolori, e che staua meglio, e mi pare, che li fosse dato vn non sò che cosa &c. Et pag. 17. §. 76. = *Immediatamente cominciò à ritornarli il respiro, e cominciò à riauersi, & alzatasi sù gettò dalla bocca trè boccate di robba nera dentro ad vna bacinetta, ch'era lì, e che li porsi, e poi cominciando à poter parlare &c.* Si quis modo secum animo perpendat grauitatem rerum, quæ per eiusmodi attestationes significantur, fieri non potest, quin apertissimè fateamur hanc euacuationem per vomitum inter bonas, & salutares crises fuisse numerandam; cum docente Prospero Alpino (i) eruditissimo illo Prognosticorum Collectore, ea talis sit, *quæ morbum integrè tollit, vel saltèm facit, vt Ægri facilius morbum ferant*; Et quidem singillatim de vomitibus spontaneis loquutus est Magnus Hippocrates (k) cum non multitudinem laudet in eiusmodi euacuationibus; *Sed si talia purgentur, qualia purgare oportet; tunc enim confert, & leuitèr ferunt.* Vomitum verò in nostro casu nihil nocuisse à Postulatoribus asseuerari potest: immò contra multum contulisse ostendunt illa verba = *Si rinuenne immediatamente del tutto: e disse, che non aueua più dolori.* Cessarunt itaque dolores statim atque Ægra vomuit. Vndè vomitus ille fuit verè criticus, ac salutaris.

(i) De Præsag. Vit. & mort. libr. 7. cap. 8. pag. 141. & seq.

(K) 1. Aphor. 2.

Nihil interim refragante, quod à Causæ Postulatoribus dicatur tùm paucum fuisse excretum, vt propterea non potuerit appellari criticum; tùm nigrum apparuisse, quod vel suprà, vel infrà exire lethale existimatur ab Hippocrate (l). Nàm quod spectat ad vomitus paucitatem, à vero plerunque quàm longissimè distat; crisim salutarem minimè esse posse, nisi sit copiosa. Nàm sæpè excretio vnius vermis à perniciosa liberat ægritudine; interdùm exiguæ circa labia erumpentes pustulæ, vel per crisim morbilli magnas febres soluunt.

(l) 4. Aph. 22.

Quod autem attinet ad euomitam atrambilem. Respondemus primò, hanc malam esse, cum incipientibus (vt ait Hippocrates citato *Aphorismo*) non, cum desinentibus morbis erumpit, in quibus non rarò, vel docente esperientia, bona comperitur. Fuit verò finis, non autem principium dolorum tempus illud, quo incidit vomitus, de quo loquimur. Nàm, cum ipsi cruciatus in Claustrali consuenetine aliàs perdurare spatio duodecim horarum, *Summario* §. 6. = *Mi duraua il trauaglio, & il patimento di essi alle volte per lo spazio di dodici ore* = Et nouissimus paroxismus cœperit ante horam decimam octauam §. 7. auctusque fuerit sub sesqui horam noctis, quo tempore ob dolorum violentiam accersita fuit Infirmaria §. 73. indeque probabile sit, quinimò ex ijsdem actis deducitur, multum temporis necessariò diuersis in operibus, qua spiritualibus, qua temporalibus, ac potissimùm in adhibendis medicaminibus insumptum fuisse, euidens est, vel certè admodum probabile vomitum assertæ nigræ materiæ contigisse circa horam tertiam, aut quartam noctis, hoc est transactis à principio dolorum decem horis, videlicèt propè consuetum finem eorumdem; Secundò verò prostat apud Hippocratem (m) exemplum in Vxore Eumenis, quæ tametsi vomuisset *nigra, pauca, & olentia*, adhùc tamen à grauissimo malo liberata est, quia morbi causam per vices reiecit. Tertiò reponere possemus vomitum illum fortè non fuisse materiæ nigræ, sed potiùs viridis, cuiusmodi esse solet, quæ ab Ægris colica affectis plerumque reuomitur. Nam peculiaria colorum discrimina difficultèr noctu distingui possunt; itaùt corpora viridia ad lucernæ lumen subnigra appareant. Sed quatenùs fuerit humor verè subobscurus, prætereundum hic minimè esse arbitramur, scientiam de coloribus

(m) 5. epid. text. 23. apud Valles. pag. 175. cap. 1.

bus nostra ætate adeò fuisse enucleatam, vt, cum minimis ex causis, hoc est varijs succorum miscelis diuersæ succedant colorum varietates, prudens metus non adeò facilè nobis incutitur, quemadmodum priscis: nos enim longè magis ab effectis, quæ sequuntur in Ægris, quàm à coloribus, qui cernuntur in excretis, prognosis rationes iudicaturi deriuamus. Videsis hac de re post Robert. Boylium in tractatu de coloribus Michaelem (*n*) Ettmullerum, & Ioannem Dolæum (*o*).

(n) *Valet. infant.* §. 21. *pag. mihi* 124.

(o) *Encycloped. Medic. lib.* 3. *cap.* 7. *pag. m.* 253. *c.* 2.

Tandem perfecta dici nequit sanatio colicæ, in quam Ægra post quindecim dies relapsa est, *Summario* §. 18. = *Di lì à quindici giorni mi ripizzicorono li medesimi dolori* = hæc enim recidiua quanquam mitis aliarum comparatione dici potuerit, tamen satis ostendit, relictas fuisse in illius visceribus morbificæ causæ reliquias iuxtà illud Hippocratis (*p*) = *Quæ relinquuntur in morbis recidiuas facere consueuerunt* = cuius in Commentario notat Galenus textum hunc intelligendum esse de morborum causis, non de solis symptomatibus: & licèt qui Miraculo sanantur, alijs posteà, immò ijsdem, quibus priùs ægrotauerant malis affictari possint; Medici nihilominùs, qui naturæ periti sunt, & per Artis canones iudicium ferre debent, cum illa eadem ægritudo, nondum elapso vigesimo primo die, recurrit, Miraculo pulsa, quantum ipse arbitror, tutò certòque asseuerare non possunt.

(p) 2. *aphor.* 12.

Quod verò deinceps isthæc Monialis non amplius colicis doloribus fuerit conflictata, acceptum referri non debet Miraculo, sed medicaminibus, quæ sumpsit, ipsique crisi, simùl etiam ætatis mutationi, quæ in nobis miranda sæpè producit; præsertim verò permutationes antiquarum in nouas ægritudines, eique potissimum, in quam ingredimur ætatem congruentiores, quàm sanè morborum successionem Magnus Hippocrates apertissimè indicauit in *Aphorismorum libris*. Itaque cum Sanctimonialis per id temporis, quo colicis torminibus affligebatur, esset annorum circitèr 58., cumque ijs liberata pedem iàm posuisset in secundum senium (scribitur enim in fronte Summarij illam cum Apostolica auctoritate ad examen reuocata fuit, egisse annum 64.) mirum certè esse non debet, si anus iàm reddita rheumate potiùs, & catarrho laboraret, vt §. 31. eadem sanata fatetur = *Hauendo solamente hauuto in questi cinque anni qualche febbre cattarrale prouenuta da qualche raffreddatura*; & Test. XXVII. §. 78. = *Nè meno dopo hò auuto più altri mali, eccetto che qualche volta vn poco di catarro, e qualche febre cattarale*; cum eiusmodi mala senibus sint magis familiaria 3. *Aph.* 41., quàm intestinorum dolores, qui potiùs congruunt cum ætate consistenti 3. *Aph.* 30.

Neque aliundè petenda est causa, cur eadem Monialis imposterùm vesci potuerit, & quidem impunè quibuslibet cibis, etiam antea sibi vetitis. Nàm, depuratis partim naturæ, partim artis opera visceribus imi ventris, facilè posteà nullum detrimentum ab ijs alimentis sanata experiebatur, à quibus quondam lædi consueuerat. At enim verò, cum & ipsa Ægra, & assidentes testificentur, illam deinceps non potuisse legumina absque noxa comedere; indicio est manifestissimo non quibuslibet indiscriminatim epulis vti; sed ab ijs præcipuè etiam lædi valuisse, quæ in flatus abeunt, colicisque doloribus causam præbent. Non igitur omni ex parte perfecta fuit ipsius sanatio. Quid? quod facilitas, & libertas comedendi ea, quæ priùs vetita sibi fuerant, meliorem digestionem in eadem forsitàn promouit. Sæpè enim contingit, vt stomachi fermenta per determinatas, diuque insuaues

suaues adhibitos cibos hebetentur; suauioribus posteà, & magis appetitis excitentur rursùs, ac recreentur: Quare posteritatem optimè docuit Hippocrates (q) per hæc verba = *Paràm deterior potus, & cibus, suauior autem melioribus quidem, sed minùs suauibus est præferendus*, & Aph.50. *Oportet igitur etiam ad insueta transire*: quo sanè fit, vt homines ex sola interdùm vitæ mutatione à diuturnis malis vindicatos non infrequentèr admiremur.

(q) 2. *Aph.* 38.

Cum itaque in hac sanatione nec grauitas morbi, nec remediorum, aut naturæ impotentia constiterit; immò verò crisis euidentèr intercesserit, relictæque fuerint in Ægrota præcedentis mali reliquiæ, laudanda; quidem tùm in sanata, tùm in eius Sororibus eximia illa cum precibus pietas, per quam à Deo, ac Seruis suis præsidium postularunt; sed simùl naturæ, quæ eiusdem Dei veluti filia, ac ministra est, non videtur detrahendum, sed si Sanctitas Vestra ità iudicauerit, asserendum per huius vires Ægram pristinæ valetudini fuisse restitutam.

REVISA

Ioannes Zuccherinius Subpromotor Fidei.

Sanatio-

Sanationem Quarto loco assertam Fabiani, & Thomasiæ Vxoris eius à Febribus Miraculo non esse adnumerandam.

NATVRÆ facultatem, viresque nimis angustis finibus describere, & coercere mihi videntur, qui expositos quarto loco in Actis coniuges, ex quo febribus, meo quidem judicio synochis, quàm citissimè conualuerunt, Miraculo sanatos fuisse sunt arbitrati. Non enim leuia duntaxat, & vulgaria, cuiusmodi sunt harum febrium liberationes, sed mirabilia etiam à natura perficiuntur, quippè quæ *docta sine magistro, ea, quibus opus est, facit*, vt monuit *Hippoerates 6. epid. sect.* 7. ipsaque est, quæ grauissimos morbos sub censu tamen sanabilium curat, & profligat. Laconismo itaque in expungendis à Miraculorum albo eiusmodi sanationibus vtens demonstrabo primum Vxorem synocha, virum verò ephemera protracta fuisse dententos; deindè palam faciam eosdem, quanquam nullis adhibitis remedijs, tamèn suaptè vi, ac natura, quemadmodum apud Barbaros, qui non vtuntur Medicis, plerumque contingit, ad sanitatem redijsse.

Porrò, quod febris, qua Thomasia vtero gerens correpta fuit, accensenda esset classi synocharum, ostendunt primo symptomata, quæ illam comitabantur. Fuerunt enim, attestante Marito, *Summario pag.*5. §. *6.* calor intensus, & dolor capitis; Immò de se ipsa testificante Muliere §. 30. *&* 31. fuit magnus capitis dolor cum febri, & corporis lassitudine. Quid autem per æstatem (erat enim tempus colligendæ messis) factu facilius est, quàm vt, vel per summum tempestatis æstum, vel addito etiam Solis ardore, excitetur febris synocha, cuius inter occasionales causas passim recensentur ea, quæ ephemeras excitare solent, scilicèt nimius aeris æstus, Solis ardor, & similia; de quibus vide *tit. proprijs Sennertum, Riuerium Willisium, Bellinum*, aliosque omnes Medicinæ Scriptores? Hinc autem fit, vt sanguis ob conceptum in spiritibus impetum huc illuc ebulliat, &, vt Vvillisius (*a*) ait, cum spumosa rarefactione in maius spatium cogatur; vndè febris apud Sennertum inflatiua dicta, producitur: quarè vasa distenduntur, & partes membranosæ vellicantur, siuè dolor in capite excitatur: quinimò spontanea lassitudo vrget, quam in synochis adesse idem scribit *Sennertus* (*b*). Secundò pariter, & quidem clariùs, significatur, Thomasiam non alio genere febris, quàm synochæ incrcescentis, à Græcis epacmasticæ appellatæ, vexatam fuisse à tempore durationis; cùm hęc non longiùs producta fuerit, quàm ad sextum, vel septimum diem, si Viro eius credendum est §. 11. qui tamen cum dubietate loquitur addens = *Se Io non erro* = Nàm cœteroquin idem Vir §. *6.* narrat se in febrem incidisse tertio die, à quo mulier decumbebat, ac proindè asserendum esset Mulierem quarto die conualuisse, quippè quæ §. 31. idem confirmat = *Di lì à trè giorni si ammalò, il mio marito*, qui sequenti mane, scilicèt in

(a) *De feb. cap.* 8. *pag. mihi* 108.

(b) *De feb. lib.* 1. *cap.* 7. *pag. mihi* 710. *col.* 2.

fine dici tertij, aut ad summum principio quarti illius Febris, qua ipsa ægra tenebatur, conualuit §. 25. = *La mattinna ci trouammo tutti due senza dolore, e senza febre, e senza male alcuno* = Hæc porrò comprobantur à Prospero de Marijs Medico §. 49. qui ad interrogata respondit = *Il terzo giorno della malattia di detta Tomassa, s'ammalò anche il detto Fabiano suo marito, auendolo Io trouato al Letto con l'istessa Tomassa il medemo terzo giorno. E la mattina seguente, essendo Io ritornato per il medemo effetto &c. trouai il detto Fabiano sù la porta di Casa in piedi, e vestito &c. gli domandai come staua, & esso mi rispose, bene, non hò bisogno d'altro, ed auendoli domandato come stasse Tomasa sua moglie, mi rispose, che accendeua il foco* = necessariò itaque inferri debet, febrim, quæ cessauit in fine, vel tertij, vel ad summum sexti fuisse synocham, vt communis est practicorum opinio, quorum placita contraxisse visi sunt *Sennertus* (c), *& Riuerius* (d). Quarè constat fœminam mitissimo febris genere afflictam, eiusque Virum multo leuiori, scilicèt laborasse diaria protracta, cum febris illius non ampliùs perdurauerit, quàm, vel per vnicum diem, vel vsque ad tres dies = *Il terzo giorno della malatia di detta Tomassa si ammalò, e la mattina seguente trouai detto Fabiano sù la porta di Casa &c.* Febres autem diariæ, & synochæ sunt adeo simplices, adeò mites, & citrà periculum, vt nullus, dubito, affirmabit Miraculi basim constituere posse. Vbi enim de veris Miraculis in sanatis à febribus agitur, semper illas graues, malignas, & summo cum vitæ discrimine ægros malè habuisse supponitur, vt ad rem demonstrat *P.Zacchia* (e) exemplo duorum febrientium, qui in Sacris Paginis describuntur.

(c) *Loc.cit. pag.mihi 711. c. 1.*

(d) *Lib.de feb.cap.2 pag. mihi 315. c.1.*

(e) *Quæst.Medic. legal.lib.4.tit.1 quæst.8.pag.mihi 228., & sequen.*

Et quanquam ad morbi in Fabiano marito releuantiam dici possit, eius febrim incepisse cum frigore, & cum rigore, quæ symptomata propria tertianarij paroxysmi, non verò diariæ febris esse solent: Nihilominùs si animaduertamus id, quod notat *Riuerius*, nempè in febribus ephemeris *aliquando rigorem, aut horrorem adesse posse, in ijs videlicèt, quæ à Solis ardore, vel frigore initum habent*; Nihil erit, quod prohibeat, quin Fabianus, qui per id temporis messem faciebat §. 15. = *Io me ne andiedi fora in campagna à mietere il Grano &c.* & inferiùs = *Me ne ritornai al campo*, ex intenso Solis calore, similiterque ex frigore alicubi concepto, febrim cum rigore, eamque tantummodò diariam contraxerit.

Excluditur quoque Miraculum ex modo sanationis, qui fuit ille idem, quo natura vtitur ad depellendas febres diarias, & synochas à nimio calore, labore, & vigilijs ortas, scilicèt per quietem corporis, & per somnum. Narratur enim coniuges in lecto collocatos quieti, ac somno indulsisse §. 12. *Verso le due, ò trè ore di notte*, post recitatas preces = *Tutti due ci addormissimo, e verso la mezza notte Io domandai à mia moglie come staua, e mi disse, che se gl'era passato vn tantino il dolore, ed Io all'ora non ne aueuo quasi più niente, poi ci raddormentassimo, e la mattina verso le due ore di Sole ci leuassimo tutti due, perche tutti due ci sentiuamo bene.*

Meridiana itaque luce clariùs apparet, naturam vtrumque ægrum sola quiete, ac somno perfectè curauisse; quo magis *Galeni* (f) praxis cum prudentia coniuncta semper elucet, vtpotè qui omnium primus docuit diarias febres facillimè solui auxilijs contrarijs ei, quod molestat, *labori* quidem *quiete, vigilijs, somno*, quem certè somnum, vt in

(f) *De Art.Curat. adGlaucon.lib.1 cap. 2.pag.mihi 94.lit.G.& c.3. lit.F.*

in genere laudauit *Hippocrates* eum juuat, ita magis commendat, cum delirium sedat, in cuius paraphrasi *Galenus* (g) extendit somni bonitatem ad omnes passiones, quas leuat, inquiens, *vbi inflammationem, vbi febrem, vel dolorem, vel delirium sedat*. Somnus enim, cum in sanguine, & spiritibus conceptum nimium motum, & ex motu calorem, ac fibrarum tensionem leniat, & cöerceat, æstum temperare, dolores sedare, ac febrem restinguere valet; atque hinc legimus apud *Th. Vvillisium historiam juuenis* (h) qui cum in æstiuo Sole se suprà modum exercuisset, de capitis dolore, inappetentia, præcordiorum æstu, & intemperie febrili per totum suffusa queri cæpit, nimirum ephemera protracta diuexatus, & quoniam pharmaciam omnem auersabatur, sine quouis medicamento sensim remittentibus symptomatibus, immunis euasit.

(g) 2. *Aphor*. 1. *et* 2.

(h) *Loc. cit. pag.* 119

Non videtur itaque Miraculo tribuendum, quod tùm Vxor, tùm Maritus febribus synocha, & ephemera correpri, eo, quo solui solent, modo ocyssimè conualuerint: *Laudamus* vtique eorundem coniugum pietatem, qui ob reparatam valetudinem quotidianis sese quibusdam precibus recitandis grato religiosoque animo obstrinxerunt.

REVISA.

Jo: Zuccherinius Subpromotor Fidei.

Sanationem quinto loco positam Felicis Sterbinę à pleuritide in suppurationem, siuè empyema conuersa Miraculis esse adscribendam.

CVM diù diligentèrque expositum in Actis Felicis Sterbinæ morbum, ejusque decursum, & periculosissimam in deteriùs conuersionem ad interitum planè vergentem, simul etiam citissimam ejusdem sanationem mecum ipse reputassem; profectò tacere non potui, quin, rei veritate perspecta, grauissimisque rationibus permotus, in eam sententiam discederem, vt tàm atrocis, funestique mali depulsionem Miraculi plenam, ac diuinitùs per merita Seruæ Dei Sororis Hyacinthæ Mariscottæ fuisse peractam existimarem.

Vt autem liquidò constet asserti Miraculi veritas, tria de more perpendenda hìc, ac probanda suscipio. Primò scilicèt ægritudinem, qua Felix Sterbina discruciabatur, fuisse grauissimam, & fortè incurabilem. Secundò, infirmam, cum propè erat moritura, Seruam Dei in auxilium inuocasse. Postremò ægram illicò à mortis discrimine, morbiq; atrocitate absque medicamentis, vllaque crisi perfectè fuisse vindicatam. Si enim hæc, vt spero, apertè demonstrauero, equidèm non diffiteor tria illa extrema, quæ ad probationem Miraculorum postulantur, habere etiam demonstrata.

Et primò quidèm de morbi grauitate, deque ægra supremum vitæ diem jam agente, non multis mihi opus esset differendum, si ex trium dumtaxat Peritorum testimonijs probationes (quod satis videretur) vellem depromere. Nam Medici omnes in eo fuerunt concordes, vt putauerint malum à pulmonis abscessu, in suppurationem, seù empyema jam conuersum *Test. V. Medicus ordinarius Summ. pag. 39. §. 213.* per hæc verba attestatur = *Per non esserst spurgata prima delli quaranta giorni detta depositione, colletta, ouero vomica, stimai si occultasse anche la febre etica, quale succede à i Tisici, ex §. 214. che l'essenza precedente del male di detta Paziente, ò sia la sede, ò stato di detto malore fosse empiema.* Testis deindè XII. consultus Medicus *Summ. pag. 47. § 284.* idipsum confirmat, inquiens, *Poiche stimandosi da me esser stato il suo male nel principio vn tuberculo, ò vomica nel polmone, il quale suppurato, e non euacuata quella materia puzzolente, che in esso si conteneua, auesse poi cagionato vn' empiema.* Testis XI. paritèr Medicus Ferentini, quamquàm de re audita, prudentèr tamen, doctèque animaduertit, credidítque naturam hujus morbi omninò incurabilem, siuè fuisset pulmonis vomica, siuè empyema *Summ. pag. 45 §. 270.* = *Giudico il male della sudetta Signora per incurabile, ò fosse vomica, ò pure fosse vn' empiema*, & §. 259. = *Stando, dice, questa Zitella nel sudetto stato totalmente disperato* = Deque eadem Ægra penitùs desperauerunt ijdem, qui curationi interfuerunt Periti. Nam Testis V. §. 219. inquit, *stante questa Sindrome d'accidenti, e sintomi fù giudicata da me spedita con ordinarli i Sacramenti anche dell' Estrema*

ma Vutione, & Testis XII. §. 285. = *Si stimaua il male già disperato affatto*. Et quidem vomica, atque empyema nisi repurgetur, vt ait Hippocrates (*a*) intrà quadraginta dies in phthisim transit: Phthisis verò, quæ jungitur pulmonis exulcerationi, vt in casu nostro contigit, ad sanitatem reuocati non potest, ac proindè intèr morbos incurabiles recensetur à Seidelio (*b*)

(a) *5. Aphor. 15.*

(b) *De morb. incurab. pag. m. 28.*

Sed quoniàm odi semper illorum asserta, quæ validis rationibus non innituntur, sententiam idcircò meam, quam supremo Sanctitatis Vestræ judicio humilitèr submitto, qualiscumque de grauitate hujus morbi futura sit, non ex simplici Testium assertione, sed ex plenissimo fonte prauorum signorum, ac symptomatum, quibus Ægra stipabatur, atque vndè vera malorum grauitas pendet, inferendam, asserendamque arbitror. Hoc autem non ægrè assequi me posse confido, si ejusdem morbi historiam suis è principijs, & occasionibus, vt ait Hippocrates, (*c*) quam diligentissimè repetam.

(c) *Lib. 2. de morb. Pop. sect. 1., & lib. 6. sect. 3.*

Virgo Felix Sterbina habitus gracilis, nempè ad tabem sponte sua inclinantis, ac temperamenti melancholici, cùm ætatis suæ annum trigesimum tertium ageret, qua certè in ætate Tabes faciliùs contingunt 5. *aphor. 9.* sub initium mensis Martij toto corpore suprà lapideum gradum corruit, pectusque contudit; vndè per quindecim dies ictum locum dolor tennit; subindè cum pridie circitèr Kal. Maij ex pedestri itinere plurimùm incaluisset, frigida tùm faciem, tùm pectus lauit, nec multò post, scilicet quarto, vel quinto Maij conqueri cæpit de dolore dextri lateris in pectore cum febre continua, & catharro = audiatur ipsa Ægra II. Test. *Summario pag.* 20. quę postquam præcedentia narrasset de facto proprio, inquit, §. 7. *Caddi amalato alli cinque, ò sei di Maggio di vna doglia del lato dritto con febre, e catarro, e la febre era continua* = Hæc autem symptomata, quæ confirmantur ab omnibus Testibus in Actis adductis, claré ostendunt principio nostram Virginem ex causis pleuritidem maximè inducere potentibus, ictu nimirùm in pectore, motu corporis violento, & subita refrigeratione, vt Fernelius, (*d*) Sennertus, (*e*) & Ettmullerus (*f*) scribunt, correptam fuisse morbo laterali, seù pleuritide, quæ lato modo accepta significat omnem dolorem lateris, propriè verò, & strictè, vt in nostro casu, inflammationem pleuræ, hoc est membranæ costas succingentis cum febre acuta, tussi, ac sputo citiùs, vel tardiùs subsequente juxtà definitionem, quam de hoc morbo tradit ex communi practicorum sententia in suo Lexico Medico Castellus, & Brunonius. Neque hic ambigendum videtur pleuram fuisse inflammatam cum §. 8. ipsamet Ægra fateatur, se in latus sanum conuertere non potuisse = *non mi poteuo voltare, e bisognaua, che sempre stassi à giacere sul' lato dritto*. Etenim, vbi pleuritici faciliorem decubitum in ægrum, quàm in Sanum latus habent, internas pleuræ partes ab inflammatione ostendunt occupari, vt idem *Fernelius* animaduertit: *materia*, inquit, *inter costas, & membranam succingentem collecta aduerso decubitu propendens membranam magis distendit, atque diuellit, vndè dolor, dyspnæa, atque tussis acerbior*.

(d) *De Partium morb. lib. 5. c. 11. pag. mihi 535.*

(e) *Pract. lib. 2. par. 2. cap. 16. pag. mihi 312. col. a.*

(f) *Tit. de plurit. pag. mihi 330. col. a. & seq. c. 1.*

Cum itaque pleuritide sub initium Virgo hæc diuexata fuisset, profectò graui, magnoque morbo detenta dicenda erat, cum pleuritis, *Princeps acutorum morborum*, à recentissimo Scriptore (*g*) non immeritò appelletur: immò verò, cùm ex itinere, frigore, ac lotione corripit, adeò periculosè solet euadere, vt magnus Hipocrates (*h*) narrat historiam filij Epicharmi, qui, cùm ejusmodi ex causis pleuritide laboraret, diem suum obijt.

Quo-

(g) *Io. Bapt. Verna in Tractat. de pleurit. Venet. edit. anno 1713.*

(h) *VII. Epidem. agrot. IIIC.*

Quoniàm verò Hippocrates (*i*) prudenter admonuit Medicis quàm diligentissimè animaduertendum esse *à quibus morbis ad quales transitus fiat*, & alibi *videnda*, inquit, *sunt etiam morborum vicissitudines, & quæ, ex quibus, in quæ succedant, & ex his quæ per hac contingunt.* Ex communi autem Medentium, ac præsertim ejusdem Hippocratis (k) obseruatione constat Pleuritides, quotiescumque *in quatuordecim diebus non repurgantur ad suppurationem*, (hoc est ad pulmonum abscessum, atque ad empyema) *verti*; certè nulli dubium erit, quin nostra in hypothesi à pleuritide ad empyema transitus obtigerit, cum Ægra, de qua est sermo, intrà decimum quartum diem minimè fuerit repurgata. Nam Ordinarius curationis Medicus *Summ.pag.38.§.206* paucis quidem, sed plenis verbis, testificatur post vigesimum diem ab Infirma cæptum fuisse excerni sputamina malè olentia, caloris que viridis. *E depò li venti giorni cominciò ad escreare materie concotte, mà di cattiua qualità, cioè fetenti, cineritie, e verdi in gran copia, à segno tale, che gli astanti, e ne meno la Patiente poteuano sentire il fetore*, quod ab alijs quoque Testibus apertissimè confirmatur.

(i) *Primo de morb. n.1. & primo de morb. popul. sectiom.3.*

(k) *5.apher.8.*

Et quamquam me non latet, eandem semper in coctionibus mensuram temporis non seruari, itaut pleuritides, quandòque vltra quatuordecim dies, scilicet post vigesimum primum sputorum concoctionem consequantur, quemadmodùm in Anaxione pleuritico apud Hippocratem (*l*) accidit, cui non nisi vigesimo septimo die contigit extussiendo excreare cocta multa: Verumtamen Anaxion die trigesima quarta à febre, omnique alio malo liberatus fuit; contrà verò nostra Ægra post quadragesimum non solùm non conualuit, sed deteriùs semper habuit, deditque signa transitus morbi à pleuritide in pulmonum abscessum, seù vomicam, atque ijs proculdubiò indicijs, vterque curationis Medicus de visu, ac scientia propria, alterque etiam in eadem Ferentinensi Ciuitate Medicus de auditu abscessum inductum fuisse in pulmonibus, quem vomicam, & empyema appellant, indicauerint scilicet §.213.260.& 284.

(l) *3. epid. ex Vallesi.num.20.*

Cum verò doctrinæ, & honestati vtriusque Periti, meo quidem judicio, repugnet suspicari rem factam, extantem, visamque, aut ab ijsdem non ritè, planeque cognitam, aut omninò confictam fuisse; idcircò facilè adducor, vt credam, quod passim contingere solet in non repurgatis intrà quadraginta dies pleuræ, pulmonumque abscessibus, scilicet translata in cauitatem pectoris sanie; verum empyema collectum, tabemque inductam juxtà illud *Hippocratis 5.aph.15. Quicumque ex morbo laterali suppurantur, si in quadraginta dies purgentur à die, qua fit eruptio, liberantur, si verò non, ad tabem transeunt.* Cum itaque isthæc Iuuenis, quæ ægrotare cæpit initio Maij, sub finem Iunij lecto adhuc prauis symptomatibus obnoxia detineretur *Summario §.60.66.& 131.* periculum empyematis, ac tabis subijsse debuit. Hoc enim, quod passim experimento compertum est à Fernelio (*m*) præ ceteris, ac Foresto (*n*) clarè ostenditur, eos nimirùm, qui pleuritide correpti non repurgantur, in empyema illius thoracis partis incurrere, quæ affecto lateri respondet. Saniosa enim materies ab ea tùm pleuræ, tùm pulmonum parte facilè depluit, quæ ab abscessu jam exesa, ac discissa est: exindè factum est, vt quotquot cadauera peremptorum cum ejusmodi signis dissecui (secui autem quamplurima) omnia quidem cum putrido pulmonum lobo, eoque costis adglutinato, purè interim in eandem thoracis cauitatem effuso, deprehenderim.

(m) *De Part.morb. lib.5. cap.11. pag mihi 638.*

(n) *Lib.26.obser.49 pag.mihi 282.*

Factum autem abscessum, inductumque empyema dexteri lateris ostendebant

debant etiam signa, quæ tùm à situ decubitus, tùm à qualitate sputorum, tùm vel maximè à periculo suffocationis peti solent. Ægra siquidem non nisi in dextero latere decumbere poterat, ac si in læuum se componere voluisset, tunc dimota, conuersa, & sanum lobum comprimens, alteramque capacitatem angustans, purulenta materies suffocationem intentabat; quinimò dextera gena per consensum rubore suffusa dexteri pulmonum lateris labem indicabat. Sputa verò graueolentia, cinerea, ac viridia cum salis oleoso-volatilis penuriam, futuramque solidarum partium necrosim significare soleant, jure damnantur ab *Hippocr. 2. præd. 63*. Adfuisse autem ejusmodi sputa in nostro casu Testimonium perhibent Testes quotquot de visu in Actis inducuntur.

Sed hic resistendum nobis videtur validæ obiectioni, quam iure excitauit Reuerendissimus Fidei Promotor, scilicet potuisse Ægram conualescere propter sputi euacuationem, anacatharsim appellatam, quæ vltra 40. diem perseuerauit. Non est enim præfixus terminus 40. dierum pro euacuatione prædicta, quæ sufficit, si eo tempore tanta puris copia reiecta sit, vt *reliquiæ exiguæ*, vt ait Sennettus (o), *quæ supersunt, facile postea euacuari possint*. Nam tantum abest, vt post 40. diem *exiguæ duntaxat superfuerint reliquiæ*, vt post illud tempus adaucta sit tussis, & excretio §. 208. vsque ad 210. *Durò*, dico, *più di 40. giorni detta escreazione, febbre, sintomi = E qualche poco voltandosi si sentiua suffogare: Le cresceua la tosse, l'affanno, e l'espettorazione delle materie della medesima qualità come sopra =* idest vt §. 206. *fetenti, cinerizie, e verdi in gran copia*. Repugnat autem esse *exiguas reliquias*, & illas magna copia excerni.

(o) *Lib. 2. part. 2. cap. 19. pag. m. 326. c. 1.*

Vt autem cognosci, ac distingui possint, qui ex suppuratione, intra, vel etiam post 40. dies euadere, aut qui contrà interire soleant, sedulò considerenda sunt signa, ac symptomata, quæ traduntur ab Hip. 2. prognos. *63.*, quæque omnia tedet nunc, pudetque referre, postquam doctissimi Viri ad causæ opportunitatem scribentes, eadem diligenter excripserunt. Satis igitur fore arbitror, si cum ijsdem repetam apud Hippocratem illos Ægros ab huiusmodi morbo euadere solere, quos *febris post ruptionem dimittit; quibus pus album, leue, concolorque est, idque sine labore à valida tussi expurgatur*; Morituros verò alios, *quos febris non deseruerit, vel cum videretur deserere, denuò recalescens innotescit, ac præsertim pus viride, liuidumque sputum, vel pituitosum, spumosumque redditur*. Ægram verò, de qua disputatur, febris post ruptionem non dimisit, immò verò adfuit febris continua cum febre hectica §. 214. pus non fuit album, & leue, sed cinereum, seù liuidum, viride, maximè fætidum §. 206. *materie di cattiua qualità fetenti, cinirizie, e verdi*, & quod maximè refert, sputum non nisi cum magno conamine excernere poterat, præsertim post 40. diem, quemadmodum ipsamet sanata fatetur §. 10. *così anche il catarro mi continuò sempre, andandomi sempre crescendo, e poco poteuo spurgarlo, e scatarrarlo*. Soror similiter eiusdem §. 110. quæ assiduam illi opem ferebat, testatur, quod Ægra cum semel fortiter extussiendo materiam è pectore educere voluisset = *non potè mai farlo, si ridusse in termine di morire*; Et inferius §. 114. *essa alle volte tossiua, mà non poteua cauar fuori, e scattarrar le materie particolarmente nell'vltimo, perche non aueua forze da buttarle fuori:* quod ijsdem fere verbis confirmatur à Medico de Valentibus §. 289. =

Simil-

Similmente aueua voglia di tossire, mà non potena cauar fuora per la gran debolezza delle forze.

In hoc autem rerum statu nihil sanè sperandum, sed potius vehementer timendum erat in misera Ægra id scilicet, quod Hippocrates minatur 5. Aphor. 15. videlicet de transitu in Tabem, ac morte: Quemadmodum accidit Filio Antiphonis ab eodem Hippocrate (*p*) relato cui tametsi *tussis redundaret cum multa suffocatione, & tunc malum remitteret, tamen post 46., & prope 60. diem mortuus est*; Et cui similem casum legimus apud Forestum (*q*) in Muliere, quæ, licet quotidie plurimum puris pessimè olentis expueret, tamen mortem obijt. In empyemate siquidem tametsi magna copia puris excernatur, non iuuat, vt Schenkius (*r*) ex Iacotio (*s*) animaduertit.

(p) 7. Epid. hist. 27. secundum Vallesij diuisionem.

(q) Lib. 16. obs. 41. pag. m. 233.

(r) Lib. 2. tit. de empyemat. obs. 11. pag. m. 239.

(s) In Com. 1. ad aph. 5. sect. 2. lib. 6. coac.

Porro nostra Ægra nihilo minorem metum Medicis suis incussit (modo vera sint, quæ ijdem attestantur) quam vel ipsi Hippocrati Antiphonis Filius, vel Foresto Mulier ab illo descripta. Nam Testis V. Medicus curationis *Summario pag. 39. §. 217. vsque ad 220.* lethalem Ægræ suæ statum per hæc verba describit = *Dopo auer continuata per molti giorni anche dopo li 40. la sudetta espettorazione, si ridusse la detta Paziente, oltre li sintomi riferiti nel precedente mio esame, i quali sempre li continuarono, anzi sempre li andarono crescendo; si ridusse con polso debolissimo, e mortale, detto da i Medici = Miuro = cioè assai sottile; con labra liuide, con affanno maggiore, con occhi rimessi, & estremi freddi, e faccia cadauerica. Stante questa sindrome di accidenti, e sintomi, fù giudicata da me spedita con ordinarli li Sagramenti, anche dell'estrema Vnzione, quali li furono amministrati anche con la mia assistenza, e l'estrema Vnzione li fù data verso la sera, stimando io che la detta Inferma douesse morire in quella notte.* & Test. XII. alter Medicus *Summario pag. 47. §. 279. Finalmente si ridusse, che non poteua giacere se non sopra vn lato, e volendosi voltare all'altro lato gli veniuano sueuimenti, che pareua volesse allora morire, con auer perso affatto l'appetito, e le forze gli erano mancate à segno, che aueua vn polso paruo, e frequente con faccia quasi cadauerica, con gl'occhi rimessi, naso filato, vgnia incuruate, & anche con lagrime inuolontarie, che gli appariuano dagl'occhi, segni tutti mortali, e così io la lasciai vna sera, credendo che la notte douesse morire.* Similiter, quæ Sanaræ lateri perperuò hærebat, Soror *Test. 1. Summario pag. 33. §. 143. Et è la verità, che si ridusse all'estremo di sua vita, & in stato totalmente disperato; E che aueua il polso debolissimo, conforme sentiuo dire da i Medici, con vn'affanno grande à modo di Raganella con la faccia di morta, con gl'occhi smorti, & incauati, e con le labra liuide; Siccome io vedeuo, & osseruauo per la continua assistenza, che li prestauo; Et attastandoli di quando in quando li piedi, e le gambe, sentiuo, che l'aueua fredde, siccome ancora la vedeuo in quell'vltimo con le lagrime agl'occhi.*

Atque huc sanè facit quod ad cognoscendos phthisi vexatos literis consignauit Aretæus (*T*) *Visio, inquit, quolibet alio sensu certior est, non modo his, quæ reijciuntur, intuendis, sed etiam Ægrotantis specie consideranda. Si quis enim vel plebeius hominem viderit pallentem* (cuiusmodi erat nostra Ægra § 145. *con la faccia di morta, e labra liuide*) *imbecillum* (§. 218., & 143. *aueua il polso debolissimo* §. 280. *Le forze gli erano mancate à segno, che aueua vn polso paruo, e frequente*) *tussientem, macie confectum*, & inferius, *cui sint vngues adunci, nares acuminata, & oculi caui* (§. Eodem = *con gl'occhi rimessi,*

(t) Lib. 3. cap. 8. pag. m. 41.

messi, naso filato, vnghie incuruate) hunc vtra Phtes laborare pronunciant.

Cum itaque Sanata hæc prauis hisce symptomatibus, ac metu etiam suffocationis vrgeretur, prudenter quidem Sacro Viatico refecta, & extrema Vnctione monita fuit; Nullam enim propriæ salutis spem reliquam ostendebat §. 220. *L'estrema Vnzione li fù data verso la sera, stimando io, che la detta Inferma douesse morire in quella notte* §. 121. *La teneuano per morta* = §. 142. *in stato totalmente disperato* §. 281. = *La lasciai vna sera credendo, che la notte douesse morire*: quibus sanè efficitur, vt primum huius Miraculi extremum satis iam appareat demonstratum, præsertim cum paracentesis (nempè sectio affecti lateris ad puris extractionem adhibita) quæ ijs in casibus ab Hippocrate (*V*) primùm, deinde ab alijs ferè omnibus Medicis, præsertim verò à Willisio (*X*) vnicè in empyemate commendatur, vana; atque inanis existimata fuerit ab ipsis curantibus §. 28. *che questa operazione del taglio non potesse farsi stante la totale deiezione delle forze.* Non enim locum habet in Ægroto fractas vires habente, nè scilicet optimū præsidiū, vt scribunt Scultetus(*Y*), & Bonetus(*Z*), Ægro mortuo diffametur, qui finendus, vt incruenie decedat, ne videatur occisus.

(v) 2. *de morb.*, & *de internis affect.*

(x) *De med. operat. part.* 2. *sect.* 1. *cap.* 40. *pag. m.* 115.

(y) *Arm. Chir. Tab.* 37. *pag. m.* 131. *num.* 3.

(z) *Mercur. compit. lib.* 5. *empyem. num.* 2. *pag. m.* 164. *C.* 2.

Quod verò spectat ad secundum extremum, inuocationem nimirum præsidij Seruæ Dei, res, meo quidem iudicio, adeò clara est, vt non multis egeat demonstrari. Nam tametsi nonnulli Testes asseuerent Ægram proximè ad ipsius Dei, atque ad B. Virginis auxilium confugisse; Nihilominus, cum omnia Miracula solius Dei sint opera, atque ipsa Seruorum eius inuocatio sit via tantùm, ac modus ad impetrandam in grauissimis morbis valetudinem, procul dubio, quoties agitur de Ægrotantibus, qui sana mente vtuntur, illorum magis, quam aliorum attestationibus, vt tollatur dubium, ad cuiusnam Serui Dei auxilium proprijs in necessitatibus recurrerint, standum videtur. Cum itaque in Actis constet Felicem Sterbinam firma fide petijsse auxilium tantummodo Seruæ Dei Sororis Hyacinthæ Marisceottæ §. 18. *Mi raccommandai di cuore all'intercessione di detta Serua di Dio &c.* non erit ambigendum, quin reuera eiusdem intercessio fuerit inuocatio. Et quanquam vnico Teste, qui de facto proprio deponit, apud Mattam (*A*) probetur inuocatio, hanc tamen felici cum exitu habitam fuisse in casu, de quo differitur, confirmat etiam Sanatæ Soror §. 95.. *Hò particolar deuozione verso la sudetta Serua di Dio Suor Giacinta = perche hò veduto, che hà intercedduta la grazia* (quam infra §. 99. verum Miraculum appellat) *alla sudetta Felice mia Sorella*, & §. 119. = *Li fù portata la sudetta Imagine = che se la teneua, quando applicata alla parte offesa, e quando à capo al letto.* Frater Hyppolitus Confessarius §. 159. qui Imaginem eiusdem Sororis Hyacinthæ ad Ægram detulit; Denique Medicus quoque curationis §. 221. Qua de re secundum pariter, vt aiunt, Miraculi extremum in nostro casu illuxisse dicendum est.

(a) *De Canon. Sanctor. Part.* 3. *cap.* 20. §. 6.

Nunc superest, vt tertium huius Sanationis extremum ad medicam lancem accuratè reuocemus; Expendendo nimirum an restitura Feliei Sterbinæ valetudo sit adscribenda Miraculo, cui affirmatiuè respondemus. Enim verò, cum in prima parte præsentis dissertationis planum pro viribus fecerimus, Pleuritidem nostræ Ægræ in pulmonum abscessum, hunc deinde in empyema penitùs incurabile transijsse, iàm primo loco supernaturalis Dei vis eluxit in eo, quod pristinæ valetudini restituta fuerit Ægra insanabili morbo detenta, breuique

 mori-

moritura; Vnde de illius funere tunc maximè Pater cogitabat §. 66. *Auendo la mia figliuola per disperata per quello, che ocularmente si vedeua, & osseruaua, anche da me, presi la resoluzione di andare à prouedere per il suo mortorio.*

Sed quoniam qui scribit pro veritate indignè agit, si quod sibi non satis exploratum est, id sine vlla dubitatione defendit; proindè comprobaturus sanationem hanc fuisse miraculosam, suscipio onus ostendendi primùm cessationem lethalis morbi fuisse instantaneam. II. contigisse nullis intercedentibus vel naturæ vel artis auxilijs. III. omninò perfectam obtigisse; quæ quidem conditiones à Medicis (*b*), & Canonistis [*c*) in Miraculo sanatis necessariò expetuntur.

Quod itaque primo loco spectat ad subitam lethalis morbi cessationem, hæc porrò vnicuique perspicua erit, si priùs apud animum suum statuat non simplicem tussim, non solius lymphæ per eam excretam, non leuem febrim, sed collectionem puris in dextera thoracis capacitate, malèque affectum pulmonis lobum, vnde saniosum sputum, & suffocationis metus cum febre continua, atque in hecticam iam conuersa oriebatur, inuincibilem huius morbi grauitatem in Ægra, de qua loquimur, constituisse. Cum igitur post admotionem Imaginis Serui Dei dolenti lateri, & post fusas preces breuissimo tempore, nimirum per sequentem noctem, omnis sublata fuerit mortifera pars istius ægritudinis, quæ priùs nulla arte, nullaque naturæ ope victa fuit, quæque potius temporis diuturnitate in deterius ruere, quàm minui, aut leniri vllo modo poterat, certe fatendum erit eiusmodi sanationem Miraculo contigisse. Ægra enim subsequente nocte valuit in alterum latus sine vllo suffocationis periculo, quod aliàs subire coacta fuerat, se conuertere; potuit dormire; sequenti mane absque externo auxilio se se in lecto sessura facile erexit; benè comedit, lætaque Medicum suum excepit, eique gratiam recuperatæ salutis nunciauit. *Dopo l'inuocatione sudetta* (sic loquitur sanata §. 19. *vsque ad* 22.) *e dopo l'applicazione di detta Imagine la notte seguente stedi meglio; dormij ed anche da per me mi voltai sul lato manco, e non mi sentij affannare, e morire = l'istesso giorno immediatamente seguente mi alzai da per me à sedere sul letto, e mangiai da me con gusto, il che non aueuo potuto fare per prima &c.*

Auget preterea Miraculi euidentiam quod sequenti die Medicus Cantarollus, qui curationi semper adfuit, Ægram inuenerit sine febri §. 221. *ritornato à vederla la mattina immediatamente seguente trouai la sudetta Inferma senza febbre, senzo affanno, e senza dolore nel petto, stimai la sudetta sanazione fosse un miracolo*= In febri autem hectica, quæ per se continua est, inuenire quod illa cessauerit, omnem certè à malò grauitatem detractam significat. Quamobrem in casu nostro locum habet, quod Contilorus (*d*) scriptum reliquit. *Iudex*, inquit, *arbitrabitur Miraculum factum esse, quando in instanti sublata est malitia morbi, qua naturaliter tolli non poterat, licet effectus perfecta* Sanitatis *successu alicuius temporis subsequi videatur*, idque multis S. Rotæ decisionibus comprobat. Tota enim vis ac natura Miraculi in eo consistit, vt virtute diuina in instanti auferatur grauitas ægritudinis, quæ necessarium interitum afferebat. Cum verò interitum nostræ Ægræ minarentur impotentia se voluendi in latus sinistrum, dolor, suffocatio, inapetentia, necnon febris continua cum virium prostratione, atque hæc omnia post inuocationem celerrimè sublata asserantur, verum interfuisse Miraculum dicendum est: potissimum

(b) *Paul. Zacch. quæst. med. legal. lib 4. tit. 1. quæst. 8. n. 4. pag. m. 223.*

(c) *Contelor. de Canon. Sanct. cap. 17. pag. m. 173. & Matta part. 3. cap. 8. pag. m. 203.*

(d) *Loc. supra cit. § 14. pag. m. 189.*

simum verò quia in morbis, qui suapte natura sunt incurabiles, conditio instantaneæ sanationis non est rigorosè accipienda, vt animaduertit P. Zacchia (e), quia nihil omninò demit de Miraculo, quod Eliseus non prima vice, sed iterum supra puerum à morte suscitandum se se inclinasset (4. *Regum cap.4.vers.32.*), & quod Christus D. non prima vice integrum visum restituerit cęco, sed secundo manus (*Marc.cap.8.v.23., & seq.*) super oculos eius imposuerit; Non enim temporis diuturnitate, vel mors, vel cęcitas vinci possunt. Idcirco quod empyematica simul, & tabida Iuuenis à malo iam victa, & ab omnibus pro incurabili reputata, non subito omnes reliquias morbi abegerit, haud minuit Miraculi veritatem. Satis est, vt ad solius intercessionem Seruæ Dei malum, quo sanata detinebatur, acutiem, atque malitiam è vestigio deposuerit.

(e) *Quæst. med. legal. lib.4. tit.1. quæst.3. §.8.pag m.202. C.1.*

Neque nos moratur, quod alter Medicus superaccersitus Test.XII. asserat sequenti mane se pauxillum febris inuenisse §.284. = *era cessato ogni male, & io sentitoli il polso la ritrouai sgrauata di febbre, e migliorata assai di forze* = Nam in omnibus Aegrotis, qui per duos integros menses, vt nostræ contigit, continua febri vexati sunt, quanquam postea ab eadem penitus vindicentur, attamen superest in ijsdem leuis celeritas motus in pulsibus, quam tamen nemo ex optimis practicis febrem appellat; quia id euenit necessitate quadam mechanica; cum ipsum cor (origo ac sedes febris) sit, vt ait Hipocretes musculorum robustissimum. Quamobrem quotiescumque in celeriores di astoles ob irritationem morbosæ causæ venerit, hac etiam cessante, nihilominus ad datum temporis spatium in eadem crebrioti vicissitudine motus perseuerat (quod in acceleratione quoque pulsus propter simplicem corporis exercitationem passim accidit) nimirum quia tùm liquidum animale per cardiacos neruos sccelleratum, tùm cordis fibrę eam vibrationis pernicitatem iàm adeptæ impressum motum aliquantum temporis iniussæ petennant; quemadmodum videmus in pendulis, qui alternas vibrationes consuescunt diutius semper producere, extincta quanquam, & cessante illa vi, siue potentia, quæ à manu, pondere, aut elatere impellentibus solet deriuare. Vt prætercam pulsum in nobis sexcentis ex causis alterari, accelerarique posse, potissimùm verò ab animi pathematibus: qua de re meritò Cornelius Celsus aiebat = *pulsui fidimus, quem mille res variant*. Quid? quod modica celeritas in Sanatæ pulsu credi potuit à nouo Medico præternaturalis, tametsi fuerit naturalis: multi enim præsertim iuuenes, dum vel bona vtuntur valetudine, pulsum habent aliquatulum celerem, qui proinde ab ijs medicis, qui peritiā status naturalis illorū non habent, facile existimantur febricitare, cum nihilminus eos vrgeat, quàm febris. Itaque cum ex duobus Medicis, quorum alter febrim adesse, alter abesse in nostra Virgine eodem mane fuerit opinatus; meo quidem iudicio magis ei credendum fuisse videtur, cui perspectissima erat Aegrotantis natura, ac proindè certius nunc indicium de pulsu eiusdem à nobis extrahi posse per ea, quæ in Actis habentur ex Test.V. quippe qui erat Medicus ordinarius, similiterque ipsius Aegræ cognatus, quàm per ea, quæ deposuit alter Medicus Testis nimirum XII., qui semel, aut bis tantummodo Infirmam visitauerat, & tamen propter subitam in Aegrota grauissimorum symptomatum cessationem admiratione affectus§. *Eodem subdit. = perciò giudicai essere questa sanatione vn'effetto miracoloso, e fuori delle forze naturali* = qua sanè in re tota existit natura miraculi secundum D.Au-

 gu-

(f) Tom.6.de vtilit credend.cap.16

gustinũ (*f*) qui illud sic definit= *est quid arduum*, *& insolitum vltra spem,& facultatem admirantis*.

Ad hæc accedit (vt nulla non ex parte Diuini operis perspicuitas eluceat) quod etiam si morbus hic gradum incurabilitatis, ad quem ipse ego sum auctor illum iam perueniſſe, nondum adeptus fuiſſet, adhuc tamen vnius diei spatio fugari, abigique non potuiſſet, quemadmodum rectè animaduertunt Medici Ferentinenses §. 271.294., & demonstrat P.Zacchia (*g*), morbos scilicet longos non poſſe naturaliter, nisi paulatim, & longo temporis interuallo superari. Nemo enim empyema, tabem, febremque hecticam tam breui temporis interuallo abacta, debilitataque vidit, aut legit vsquam. Cum autem in modo etiam sanationis Miraculi ratio posita sit ex ijs, quæ tradit D. Thomas (*h*), scilicet vt qui morbus naturaliter non nisi diuturno tempore eicurari valet, si ad preces alicuius Serui Dei citiſſimè desinat, is certè peculiari ipsius Dei, ac supernaturali præsidio victus communiter existimetur. Multo etiam magis, si post extinctum grauiſſimum morbum nullæ supersint, quæ longitudini ipsius proportione respondeant conualescentiæ reliquiæ, vt in nostro casu,in quo Iuuenis pleuritide, pulmonum abscessu, empyemate, tabe, febrique hectica per duos solidos menses diuexata perfectè quidem reconualescere nequibat, nisi post tantundem temporis nimirum transacto bimestri. Etenim Hippocrates (i), Magnus ille Medicinæ Præceptor nos edocuit, *qua longo tempore extenuantur corpora, longo quoque tempore reficere oportet, quæ verò breui breuiter*.

(g) Quæst.med. leg. lib.10.cons.7.§. 6.pag.139.c.2.

[h) Par.1.quæstion. 105.art. 8. in corpor.

(i) 2.aphor.7.

Contigit etiam secundo loco liberatio hæc sine vllius naturæ vel artis auxilio. Non quidem vllo cum naturæ adminiculo; cum à Testibus crisis omnis excludatur; immo Aegram morbo iam succubuiſſe ijdem communiter affirmant = *La ritrouai* = sunt verba Medici Testis V. §. 240. *nello stato deplorabile* - Testis XII. alter Clinicus §. 281. - *credendo, che la notte douesse morire*. Denique Soror sanatæ §.148. - *Si riduſſe all'estremo di sua vita, & in stato totalmente disperato; aunq il polso deboliſſimo*.

Similiter nulla ab Arte petita adiumenta contulerunt;pro quo sanè demonstrando articulo, sufficit perpendere attestationes Medicorum; qui vnanimi sententia remediorum inutilitatem contra proprium decus candidè fatentur. Nam extolli quandoque morbos, quo magis illi præstitiſſe videantur, aſſerit Celsus; Sed e contrario amplificare in Aegris periculum, vt inde notam atque ignominiam impotentis referat,ignaui,stolidique potius,quam ingenui hominis arbitraret.

Medicus verò curationis §. 236. postquam multa exhibita abs se pharmaca enumeraſſet,tandem concludit -*con tutto ciò non ostante tutti questi medicamenti*, *la detta Paziente andò sempre di male in peggio*, *di modo che stiede poi per alcuni giorni prima della sudetta sanazione senza prendere verun medicamento* - quod repetit inferius §. 235, Quinimo Test.XII. Medicus de Valentibus protestatus fuit §. 237.-*che il tutto era perduto*.

Querimoniam vtique habere potuiſſet Aegra de prætermiſſa in principio sui morbi miſſione sanguinis, quam omnes Practici laudant in pleuritide, inducta præsertim à violenta corporis exercitatione; & contactu aquæ frigidæ; Vndè legimus apud Forestum (*k*) historiam Iuuenis,qui cum in sphæristerio reticulo ludendo plurimum incaluiſſet, frigidamque potaſſet,in pleuritidem incidit, quique ante 14. diem probabiliter ideò conualuit, quod eidem opportunè brachij vena secta fuit.

(k) Lib.16. obs.28. pag.m.155.

At

At enim verò, cum non solum obiectas, sed etiam in Actis ipsis inuentas, & non releuatas difficultates in medium afferendas, ac pro virili parte diluendas nostri muneris esse censeamus, procul dubio non leuis salebra ex attestatione Patris ipsius Aegrotæ complananda nobis occurrit. Is enim Test.III.§.65.cum animaduertisset medicamenta à suis Medicis adhibita nullo filiæ suæ leuamento fuisse - *mi arrischiai* inquit, *a farli pigliare certe prese di polnere, datami da vna persona virtuosa in Roma, dalla quale hò inteso, che detta poluere è vniuersale per guarire da tutti i mali*. Sed, præter quam quod responsum datur ab ipsomet Teste, à quo nos difficultatem elicimus, cum illicò afferat - *ma io non ne viddi verun'buon'effetto* - & inferius - *quest'è certo, che nell'vltimo non pigliò nessun medicamento*: Risum profectò non Medicis solùm, sed quibuscunque alijs ratione vtentibus mouebit, medicamentum illud celebratum fuisse tanquam communem panaceam *vniuersale per guarire da tutti i mali* - perinde quasi vnum idemque pharmacum contrarijs inter se se affectionibus, & causis adamussim adplicari, atque vtiliter adhiberi posset; quem fanè amplificandi modum nulli non est compertum agyrtarum esse, qui, vt in adagio, Cretensis sunt fidei, cum nunquam præstent quod pollicentur.

Perfectam denique sine vlla recidiua, vel reuersione morbi fuisse sanationem Felicis Sterbinæ ipsamet conceptis verbis affirmat *Sum*.§.49. *Dopo la sudetta instantanea sanazione non hebbi mai più ne febbre, ne catarro, ne dolore nel petto, ne hò auuta mai più verun altra infermità, ma sono stata sempre bene, e di buona salute; siccome mi trouo anche al presente*. Idipsum comprobatur à Test XIII. hoc est eiusdem Matre *Felice mia figliola dopo la sudetta sua sanazione mai più ricadde in detto male, e non hà mai auuto altra Infermità, e che ora sta bene di perfetta salute*. Atque idcirco non amplius eguit Medicamentis vt deponunt eiusdem Medici §.240., & 303.

His itaque diligenter perpensis diuinitus collatam Felici Sterbinæ sanitatem, quippe miram, & supra vires naturæ creatæ, censemus, atque suspicimus, saluo semper meliori, præsertim verò supremo, atque infallibili Sanctitatis Vestræ Iudicio, cui me, meaque omnia veneabundus subijcio.

REVISA

Jo: Zuccherinius Subpromotor Fidei.

Libe-

Liberationem VI. loco positam sanctimonialis Virginiæ Pedante, ab hereditaria epilepsia Miraculo esse accensendam.

ARgumenta sanationis supernaturalis in casu, de quo agitur, adeò sunt perspicua, vt meo quidem iudicio dubitari de illa minimè possit. In hac enim simul omnia concurrunt, quæ opus Diuinæ virtutis palàm commonstrant, sed potissimùm elucent illa tria, quæ maximè in eiusmodi miraculis necessariò, vt alias innuimus, postulantur. Videlicet I. grauitas, atque incurabilitas morbi. II. Inuocatio auxilij Seruæ Dei. Postremò perfecta sanitas statim sequuta, & perseuerans.

Ad grauitatem verò ægritudinis facit primo loco, quòd fuerit epilepsia, quam (a) Galenus magnum (b) Celsus maiorem morbum appellant, & (c) Guliel. Fab. Hildanus scripsit eandem, tametsi ex semine parentum minimè contracta fuerit, multoties tamen nullis remedijs tolli posse.

(a) *De puero epilept*

(b) *Lib. 3. cap. 25. pag. m. 170.*

(c) *Obser. Chirurg. cent. 4. obs. 81. pag. m. 141.*

Fuisse autem veram epilepsiam nullus dubitabit, qui animaduerterit particularia illius signa in misera Ægra singulis paroxysmis concurrisse, præsertim verò læsionem, ac suspensionem tum externorum sensuum, tùm facultatum animæ, quas princepes vocant; conuulsiuos itidem motus, & contorsiones totius corporis, nec non spumam circa os. Audiatur Testis IV. de visu *Summ. pag.* 46. §. 298. = *Detti accidenti li veniuano all'improuiso, cadendo in terra senza accorgersene in conto alcuno, e subito restaua priua de sensi, e dibatteua le membra, buttaua spuma dalla bocca, si faceuano à lei negre le mani, & il volto, e quando ritornaua, non si ricordaua niente di tutto ciò li era succeduto, e questo lo sò per auerlo veduto* = quod sanè confirmatur à Teste II., & III. pariter de visu à §. 104. *vsque ad* §. 106. *& à* §. 188. *ad* §. 191. præsertim verò à Medico ipsius curationis Teste V. §. 327. = *gl'effetti*, inquit, *causateli da detti accidenti erano cadere improuisamente*, ad instar fulminis, *senza punto auuedersene, con priuatione de sensi; qualche moto di vita; e spuma alla bocca; negrezza di carne: Fù da me giudicato morbo epilettico, quale viene definito = Motus totius corporis conuulsiuus non tamen perpetuus cum mentis autem, & sensuum oblæsione.*

Interim verò recensita symptomata satis euidenter ostendunt sanatã non hystericã, hoc est vterina passione (quod fortè à minùs in Arte petitis obijci posset, & grauitatem ægritudinis summopere extenuaret) sed comitiali morbo detentam fuisse, scilicet ex memoriæ læsione, & otis spuma. Etenim *præfocata* (sic loquitur (*d*) Forestus) *& si respondere nequit, tamen intelligit, & omnia, quæ in paroxysmo acta sunt, post paroxysmum recordatur; quod epilepticus non facit.* Et quanquam Mulieres *præfocatæ*, inquit Cœlius (*e*) Aurelianus antiquissimus auctor *simile quid patiuntur, epilepticis, tamen discernuntur*

(d) *Obs. lib. 10. obs. 56. in Schol. pag. m. 410.*

(e) *Tard. pass. lib. 1. cap. 4. pag. m. 269.*

tur, quòd in vltima accessionis parte per os, atque nares spumarum fluere non afficiantur; Similiter vtrumque signum cum scilicet memoriæ læsionem, tum spumam oris, ab vteri strangulatu seclusit, Rod. à Castro (*f*) in suis de hoc argumento doctissimis commentarijs.

(f) *De morb. Mulier. lib. 2. cap. 1. pag. m. 295.*

Posito deinde probatoque, morbum, quo Monialis affligebatur veram, fuisse epilepsiam; Quoniam eadem passio distinguitur à Medicis in paroxysmum, qui modò per certas periodos, tanquam morbosus effectus improuisò erumpit, & cessat, & in causam, quæ in ægrotantis corpore delitescit, atque ad nouos reditus excitandos sensim cumulatur; arbitror equidem liberationem ab epileptica diathesi, siue à nouis recursibus esse opus maioris longè momenti, quam simplicem excitationem ab vno tametsi grauissimo paroxysmo. Nam passim videmus epilepticos per vias cadentes, atque sine vllo Medicorum auxilio spontè sua paulatim excitari: contrà verò eosdem omnem plerunque Artem deludere, cumque morbo (quotiescunque res feliciter cedit) consenescere, atque commori; vt proinde fateri cogamur, vnius quidem, aut alterius paroxysmi depulsionem facilem esse, difficillimè è contrario integram sanationem contingere; immò interdum perfectam hæreditariæ atque idiopathicæ epilepsiæ curationem non nisi supernaturali virtuti acceptam esse referendam; Idcirco, eam, de qua disputamus, epilepsiam censeo diuinâ ope per merita Seruæ Dei fuisse depulsam; præsertim cum ipsa Ægra in postremo paroxysmo Cælestem illam speciem à se per noctem visam fuisse narrauerit, quam certè ad supernaturale externis quoque sensibus obiectum Visum referendam fuisse putauerim. Nam id mihi parum verosimile, neque in simplicis, ac rudis fœminæ animum cadere potuisse videtur, vt eiusmodi visionem comminisceretur incerta futuri, an scilicet tale commentum optato exitu comprobandum foret, cum interea tamen certissimè cognosceret, si dicto non responderet euentus, ab omnibus Sororibus se fe ludibrio habitum iri.

Verum enim verò nec à Medico alienum fortè erit decernere, tametsi visio illa ad illustre potius credentis, ac sperantis animæ insomnium esset referenda; ipsa quoque insomnia, quæ fiunt docente (*g*) Hippocr. cum corpus dormit, & anima vigilat, sæpè sæpiùs aliquid certi, simul etiam, vt ait Plutarchus, tranquillitatem, ac quietem nobis portendere. Etenim non desunt ex sacris paginis multorum supernaturalium somniorum exempla, quæ mirificè ventura subindicarunt; præsensio enim multo melius, ac facilius accidit dormientibus, quam vigilantibus, vt philosopharur (*h*) Vallesius; anima siquidem minus per somnum quam per vigilam corporis motibus turbatur, agitaturque. Duorum verò insomniorum satis nunc erit meminisse, quorum series die, quo hæc scribimus, Dominica Tertia Quadragesimæ in diuinis officijs recensetur, nimirum (*i*) Ioseph somnia sua plena veritatis, & prodigij proprijs fratribus narrasse, inuidiamque propterea, atque odium illorum retulisse.

(g) *In libello de insomnijs.*

(h) *De Sac. philos. cap. 39. pag. m. 62.*

(i) *Genes. cap. 37.*

Sed vt ad meum institutum reuertar, vtique miraculi plenam video, atque admiror præscrutationem potissimum huius Monialis ab ineuitabili recursu tam diri, suaque natura contumacissimi, & in nostro casu omninò incurabilis morbi; Hoc sanè, vt dilucidè valeam demonstrare, animaduertendum breuiter hic est (tametsi à DD. ad causæ opportunitatem Scribentibus elegantissimè præstitum fuerit) epilepsiam in varias species, quas differentias vocant, per Medicos com-

commodè dispertiri. Sunt quidem aliæ, quæ ex leuibus externis causis ortæ citò disparent, nec reuertuntur; aliæ contra, quæ hæreditario quasi iure contractæ grauiùs, ac pertinaciùs vsque ad mortem plerunque comitantur; omnes verò sunt vel idiopathicæ, hoc est inducto, firmatoque vitio, seù diathesi in cerebro, eiusque continentibus membris; vel sympathicæ, videlicèt per consensum partium extra, atque infra cranium existentium; Multæ quoque ante pubertatem corripiunt, & mutatione ætatis desinunt; nonnullæ post 25. annum inuadentes, aut antea iam incæptæ sæpiùs repetunt, & rebelles perseuerant, confirmatæque cum Ægris commoriuntur, nisi natura vel Ars decubitum, vel abscessum, quod quam rarissimè accidit, ad externa moliatur. Hæc quidem ex communi Scriptorum consensu præmonuisse oportuit, vt clarè constare possit huius Monialis epilepsiam eius generis fuisse, quæ nulla vel Artis, vel naturæ ope victa, iure ac meritò tanquam incurabilis debuisset existimari, quemadmodum à Medicis Viterbiensibus existimata fuit.

Et quidem ex Actis habemus Monialem hanc violentioribus epilepsiæ paroxysmis laborasse post 25. ætatis suæ annum; hoc autem incurabilitatem passim includere nemo non experitur, quod docuit etiam (*k*) Hippocrates cum scripsit: *Quibuscumque morbi comitiales fiunt ante pubertatem mutationem accipiunt: quibuscunque autem vigesimo quinto ferè commorinntur*, in cuius commentario celebris Scholiastes (*l*) Luc. Tozzius dupplicem reddit rationem, cur qui post vigesimum annum epilepsiam incurrunt, difficulter conualescant, scilicet tum quia *præpotens mali causa arguitur, cui ætas iuuenilis obsistere non potuit; tum quod iuuenes nullam in melius mutationem sint in cæteris succedentibus ætatibus speraturi, quippè per has semper in peius ruunt, fatiscente natura ob sanguinem, cæterosque liquores, qui semper, semperque hebetiores, acidioresque euadunt, immò verò*, subdit hic Auctor, *non indè deducendum est eos, qui vltra vigesimum quintum annum hoc morbo correpti sunt, esse in senio commoituros: nam incunte virilitate, plerunque visi sunt periisse, commutata præsertim epilepsia in apoplexiam*: Adeò verùm est, quod idem (*m*) Hippocrates literis mandauit, *inueteratam epilepsiam non ampliùs curari posse*, similiter (*n*) Aretæus *comitialis*, inquit, *morbus vbi altas egerit radices, neque à Medico remedijs, neque à natura ætatis mutatione submoueri potest; sed cum ægrotante viuit, atque commoritur*; de quibus Gordonius expertissimus Actor intelligendus est, *cùm se nullum epilepticum* in vita sua curatum vidisse ingenuè fatetur.

Et quamquam interdum etiamsi rarissimè fieri solet, vt aliquis post 25. annum ab hoc malo liberetur, id sanè fit, quia aut longa febris, aut scabies ægrotantibus superuenit, vt ex Trincauellio narrat (*o*) Sennertus; & (*p*) Zacut. Lusitan. meminit cuiusdam Mulieris septuagenariæ, quæ ex vlcere antiquo *in lepore nasi occluso in epilepsiam incidit*, & à qua reseratis *fontanellis* conualuit. Et quidem ad rem nostram idem Aretæus animaduertit eos, *qui cum ætatis flore ab epilepsia liberantur, quasi pulchritudinis inuidia deformari, aut manus inutilitate, aut facie contorta, aut sensu ablato*. Nihil autem horum accidit sanatæ, quippè quæ incolumis, vegeta, & ad omnia Monasterij munera paratissima, vt mox videbimus, à tam graui epilepsia euasit,

(k) 5. ephor. 7.

(l) In Com. Aph. pag. m. 25.

(m) Lib. de morb. Sacro.

(n) Cronicar. passion cap. 4. pag. m. 33.

(o) Lib. 1. prax. par. 2. cap. 31. pag. 155. c. 2.

(p) Lib. 1. prax. adm. obs. 32.

Quod

Quod verò non grauissima tantum sed etiam incurabilis fuerit descripta Monialis epilepsia ex eo apertius deducitur, quod fuit morbus hæreditarius; Nam ipsa Ægrota Parentem sortita fuit habituali artuum tremore affectum, vt deponunt primò ipsa sanata §. 58. deinde Test.II. §.196. tandemque Testis V.Medicus ordinarius §.338., qui modum quoque affert, per quem, vt inferiùs dicemus, filia epilepticum venenum contraxit, inquiens, = *per essere prodotta, e generata da semi paterni con vn certo veleno*. Habuit pariter Ægra germanum fratrem, qui eodem comitiali morbo vexatus, ob fortissimum illius paroxysmum interijt: quemadmodum idem Medicus attestatur §.339. inquiens, = *il fratello di detta Suor Virginia visse epilettico, e morì di tal morbo di epilepsia fortissima*: quod reliqui etiam adducti Testes constanter affirmant.

Neque interea ambigendum quin epilepsia hæreditaria sit incurabilis, cum talem existimet (q) Riuerius, atque etiam (r) Zaccut.Lusit., qui scitu dignum adducit exemplum epileptici, *cuius octo filij, & tres nepotes in medio ætatis flore per multos annos miserrimè epilepticis insultibus excruciati vitam ducebant, quos omnes hic insuperabilis morbus vsque ad mortem, nullis proficientibus auxilijs, est comitatus*, Oritur vero huius mali incurabilitas, vt docet Hippoc. *libr. de morb.* (s) *sacr.*, quia *genitura ab omnibus corporis partibus, à sanis quidem sana, à morbidis morbosa decidit*: quamobrem semina quoque prauarum affectionum ab ijsdem solidis parentum partibus decidua in filiorum texturas sparguntur. Hoc sanè Daniel (t) Sennertus probè intellexit, cum ait, *Diathesis epileptica à parentibus in filios propagatur*; quod tamen longè clariùs, & ad mentem Hip. expressit (u) Dolæus per hæc verba *Hæreditaria quoque epilepsia ob cerebri pororum* (quos sensim sine sensu erodi, ac pertundi paulò superiùs scripserat) *dispositionem vitiatam nullis cedens medicamentis tolli nequit, estque incurabilis*.

(q) *Prax.lib.1.cap.7.pag.m.21.c.1.*

(r) *Lib.1.prax.admirand. obs.36. pag.m.8.*

(s) *num. 5.*

(t) *Pract.lib.1.par.2. cap 31.pag. m. 162.*

(u) *Encielop. med. lib.1.cap.9.pag. m.68.c.2.*

Auget quoque morbi grauitatem, redditque inuincibilem epilepsiam hanc, quòd cùm ante pubertatem leuiter cepisset sanatam infestare, vt ex §.69. §.98., & 153.§.158.& 232. multisque alijs latè probatur; post 25. annum non tantùm non cesserit, sed longè violentiùs singulis Lunæ phasibus, atque etiam frequentiùs acciderit, Ægram per IX. solidos menses, perque singulas hebdomadas grauioribus paroxysmis excruciari; itaut secundum Artis dogmata cogar asserere hæreditarium, seù congenitum hunc morbum fuisse idiopathicum: non enim aliud sonant voces congeniti, & idiopathici morbi, nisi causam eiusdem esse connatam, sibique, & in membro, in quo morbus manifestatur, ob vitiatam vasorum, pororumque liberam permeabilitatem fixisse, sedem; Locus verò affectus apud epilepticos est cerebrum, vbi certè Melancholicum ipsius Ægræ temperamentum (cuiusmodi fuisse Medicus asseruit §. 337.) fundamenta huius mali iecerat, vnde illud (x) Hippocratis *Melancholici fiunt epileptici* = simul etiam redundans illius in corpore vel antequam cœnobium ingressa esset, acris, mordax, atque erodens humor (passa enim fuerat scabiem, vt attestatur Chirurgus §.446.) sensim magis, magisque cerebri texturam ità labefactauerat, vt minimo negotio essentialem, vt aiunt, hoc est idiopathicam in cerebro affectionem locauerit, & affixerit, quemadmodum de eadem sensit Medicus Ordinarius §.354.

(x) *6. epid.*

Enim verò mutuas sibi manus passim præbent solidæ partes, quæ hæreditaria labe, vel quauis alia occasione ante morbum laborant, cum acribus, atque erodentibus, quę illuc influunt, ac ibidem subsistunt liquidis; quod sanè Magnus Hipocrates (y) libro præsertim, quem de morbo Sacro inscripsit, elegantissimè docuit exemplo caprarum, quæ ab epilepticis parentibus ortæ, facilè in epilepsiam incidunt, quæque si dissecentur, exhibent cerebrum vitiatum, & malè olens conspirante nimirùm fluidorum, cum solidorum vitio. Qua de re *cum ætatem adeptus fuerit comitialis morbus non ampliùs curabilis est: cerebrum enim erroditur à pituita, & colliquatur*, vt concludit Diuinus Cous.

(y) morb. Sac. n.9. & 13.

Nouum prætereà incurabilitatis momentum memorata in epilepsia proficiscebatur ex non seruata post nouissimum paroxysmum victus ratione: omnes enim Testes quot quot adducuntur de visu, id ipsum confirmant, quod ab eadem sanata asseritur §. 55. vsque ad 57. videlicèt: *E se bene prima che io guarissi, subito che il mio male fù canonizato per morbo epileptico, fossi priuata del vino, e per spazio di sette mesi, e più continui beuei l'acqua, e faceuo vna vlta assai moderata, e regolata, astenendomi da molti cibi, quali si giudicauano dannosi alla mia infermità; Nondimeno, dopo che restai (come sopra) miracolosamente sanata, beuei il vino, e tornai à mangiare tutto.*

Quod si autem sympathicæ epilepsiæ quandoque interficiunt, quoniam ægrotantes crassioribus, quam par sit, cibis vtuntur, quemadmodum Forestus (z) refert de quodam Præposito, qui cum epilepsiam primum leuiori, ex pede sinistro incipiente laboraret, postea grauiore ob prauum potissimum alimentum facta, atq; in cerebro confirmata diem suum obijt. Quid igitur præsentiendum erat de nostra Sanctimoniali, quæ cum hæreditaria, atque idiopathica epilepsia, diù multumque conflictata esset, omniaque ab Arte præsidia frustaneo effectu fuisset experta, vitæ quoque regimen neglexit? certè non nisi fratris sui fatum ab eadem subeundum fore dicendum fuerat. Nàm vt admonet citatus Tozzius, *quicunque epileptici mutationem in melius etiam sub spe recuperandæ salutis sunt opperituri, exactam victus rationem seruent oportet.*

(z) l. 10. obs.68. pag. m. 485.

Huc accessit, quod vino statim abusa est Ægrota, cum primum diuinitus, vt ipse arbitror, sanitati restituta fuit = *dopo beuei il vino* = & post sesquiannum etiam vinum bibebat §. 90.: *E beuo il vino*: vinum autem angue, & cane peius in epilepsia vitandum esse præcipiunt (a) Cælius Aurelianus (b) Alexander Trallianus (c) Iacob Hollerius (d) Daniel Sennertus (e) & Henricus ab Heers, *qui noui, inquit, quosdam Iuuenes ab hoc morbo curatissimos, qui cum vino abstinere nollent, incurabiles euasere*: & nos hic Romæ multos tractauimus, qui ab epilepsia euaserunt, cum facti essent abstemij: contra verò alios, & vidimus, & miserum illorum statum fleuimus, qui cum ad vini vsum redijssent, in eundem morbum relapsi sunt. Cum itaque Sanata vini potum statim sibi restituisset, nec vllum post quinque annos nouum epilepsiæ paroxysmum incurrerit, fateri debemus præseruationem à recursibus omninò aliundè, quàm à naturalibus causis profectam fuisse, illamque miraculo esse adscribendam.

(a) ardar.passion. l.1.cap.4 pag. .264.285., & 39.

(b) lib. 1. cap. 15. pag. m. 24. à tergo.

(c) de morb. inter. lib. 1. cap. 15. pag. m. 52.

(d) Pract. lib. 1. par. 2. cap. 31. pag. m.162.c.1.

Multò etiam magis, quia causam huius epilepsiæ probauimus extitisse humorem acrem, atque erodentem, qui olim scabiem, & tenues, rarosque epilepsiæ insultus, postremò autem magnos, & frequentissimos paroxysmos inducebat; eam verò causam nemo ex Testibus asserit, aut per decubitum ad superficiem corporis, subortis vlceribus, renoua-

natiuae scabie depulsam fuisse;aut per febrilem diuque perseuerantem sanguinis fermentationem fuisse subactam; quemadmodum accidisse comperimus apud eos, qui longis quartanis correpri ab epilepsia liberati sunt. In nostro autem casu Sanata perfectè, ac sine vlla relicta labe, vt inferiùs demonstrabimus, conualuit. (e) Obs. 24. pag.m. 213.

Cæterum nimis debili fundamento innititur Reuerendissimi Promotoris difficultas, *quod liberatio ab habituali morbo* potuerit prouenire à vi adhibitorum Medicamentorum. Nam remedia in isto casu considerari debent propinata, vel ante postremum paroxysmum, vel tempore durationis eiusdem. Si perpendantur primo modo, ea quidem profecisse minimè dicenda sunt ad anteuertendos futuros insultus, & radicitùs euellendam causam idiophaticæ illius epilepsiæ; nam si id præstare potuissent, procul dubio attenuassent, ac diminuissent ferociam saltem, ac durationem nouissimi paroxysmi, qui cum præcedentibus multo longior, ac vehementior fuerit, significauit causam, quæ futurorum quoque paroxysmorum eadem esse debebat, adauctam potius fuisse, quam imminutam ab vsu medicaminum. Quamobrem iure, ac merito non solum Ægra, sed Medicus etiam curationis nullo emolumento fuisse prophylactica, & eradicantia remedia candidè fassi fuerunt.

Si autem secundo intelligantur præsidia, quæ in vltimo paroxysmo admota fuerunt; cum illa externè tantum fuerint adhibita,atque ad eum finem, vt Ægra ab insultu posset excitari, hæc quidem à Medicinæ Scriptoribus laudari solent, tum vt ægri citius à particulari paroxysmo liberentur, tùm ne epilepsia in apoplexiam transeat, nequaquam verò diriguntur ad euellendam causam, & radicem habitualis epilepsiæ, quæ partim in viciata solidorum cerebri structura, partim in peculiari, malignaque fluidorum labe consistit, quæque nullo pacto solis cucurbitulis, ligaturis, frictionibus, & fugaci vstione tolli potest; sed quemadmodum visceribus altè sepulta est, cerebroque adhæret, ita sanè ab imis illis locis non nisi per diuturna inter vnum, alterumque paroxysmum adhibita specifica, perque lentos prauorum humorum decubitus corrigi aliquando,atque extra corpus deriuari potest. Quod difficillimè etiam contingit in casibus facilioribus, cum magnoperè in victus ratione delloquitur, vt ex Galeno, & Auicenna scripsit P. Zacchia. (f)

(f) Quæst. Medic. legal. lib. 10. consult. 81. §. 10 pag. m. 341. c. 2.

Qua de re omni ex parte constare mihi videtur, nec factum esse, nec fieri potuisse, vt sanata ab hæreditaria, atque idiopathica epilepsia naturæ, vel artis opera liberaretur. Quod erat à nobis de primo huius Miraculi extremo demonstrandum.

Quod verò attinet ad secundum extremum certè omnem mihi in eodem probando laborem tollit Sanata, quç, præter quam quod §. 25. & 41. peculiarem fiduciam se collocasse fatetur in ipsa intercessione Seruæ Dei Sororis Hyacinthæ; Equidem fateri cogor plenas spei, ac pietatis fuisse voces illas quibus Ægrota auxilium eiusdem Seruç Dei supplex petijt, statim ac ab vltimo paroxysmo se recollegit §. 42. *col cuore*, inquit, *e con tutta la mente inuocauo detta Serua d'Iddio, e richiedeuo il suo aiuto*. Et quanquam non dum lingua exponere posset animi sui desiderium, habendi scilicet Imaginem Seruæ Dei, adhuc tamen §. 46. *Non mancauo*, subdit, *internamente con tutto l'animo d'inuocare l'aiuto della Serua d'Iddio = auendo concepito vna ferma fiducia, e speranza di riceuere la sanità di vn male così cattiuo, & insanabile per sua intercessione, come in effetto ne fui fatta degna*; Cum interim

rim humanorum præsidiorum res omninò abiecta esset, id attestantibus tribus Medicis, & Chirurgo Ciuitatis Viterbij.

Neque hic opus est confirmare fiduciam, quam Ægra habebat in ope huius Seruæ Dei per aliarum Monialium attestationes, quibus vniuersum Summarium refertum est: Nam quod spectat ad particularem aliquam inuocationem, semper magis standum esse videtur depositioni ipsius Orantis.

Ad probationem denique tertij extremi superfluum planè arbitror, etiam si non ægrè id consequi posse putarem, demonstrare liberationem huius Monialis subitò atque in instanti fuisse peractam; nam, cum agamus de sanatione reuersiuæ hæreditariæ epilepsiæ, necessarium duntaxat est euidentèr ostendere (quod ex Actis luculentèr à Causæ Potronis factum iam video, & à nobis hic repetendum erit) Sanctimonialem post vltimum paroxysmum non amplius comitiali morbo correptam fuisse, immò verò ità perfectè reconualuisse, vt potuerit ad consueta sibi tum Cœnobij munera, tum victus rationem impunè redire. Hoc enim vnicè in morbis, qui recidiuas ac reuersiones habere solent, consideratur, vt eadem affectio ægrotantes planè incolumes relinquat, nec in posterùm reuertatur.

Eiusmodi autem fuisse hanc, de qua loquimur, attestantur non solum sanata §. 54. & 55. in hæc verba = *Per grazia di Dio dopo fatta la detta inuocazione non hò mai patito alcun'accidente di qualsiuoglia sorte, benche picciolo: & ora* (nempè post duo de viginti menses) *godo perfettissima salute. E se bene prima, che io guarissi, subito che il mio male fù canonizato per morbo epilettico, fossi priuata del vino &c. nondimeno dope, che restai miracolosamente sanata, beuei il vino, e tornai à mangiar tutto.* Sed etiam Moniales, quæ huius veritatis Testes inducuntur, idipsum apertissimè affirmant. *Test. II.* §.*129.*: *E da detto tempo in quà non hà patito mai alcun benche minimo accidente; Et è stata sempre con vna sanità perfetta: anzi in quella medesima sera* (quod maximi faciendum) *volse di nuouo beuere il vino*, *Test. III.* §. 237.: *Non hà mai più patito da quel tempo alcun'accidente.* Quod roboratur à *V. Test. Medico* §.344., & 345., qui, cum accepisset cœlestem visionem oblatam Ægræ fuisse, admiratione perculsus in hæc erupit--*dobbiamo crederlo Miracolo, mà conuiene aspettare non solo il moto della Luna, mà specialmente il Solstizio Hiemale, & Equinozio Vernale: Hora poi, essendo non solo passati detto Solstizio, & Equinozio; mà il corso di dicidotto mesi; Et hauendo in questo corso goduto detta SuorVirginia vna perfetta salute, e total quiete, e chiarezza di mente, anzi impinguata, preso buon colore, & exilarata, non ostante che habbia beuuto vino, e mangiati i cibi, che dà la Communità, non hò più dubio; mà tengo per certo, che sia guarita miracolosamente per intercessione della detta Suor Giacinta Mariscotti.*

Et quoniam optimè prouisum est, vt certum iudicium de integra perfectaque à quauis epilepsia sanatione ferri non possit, nisi annui temporis spatio elapso post vltimum paroxysmum, vt ex consilio *Cœlij Aurel. loc. cit.* censent inter Medicos P. Zacchia (*g*) atque inter Canonistas Bordonus; (*h*) In nostro casu non tantùm solidus annus, verùm etiam sesquiannus à postremo paroxysmo præterijt: quinimò ex *Summ. Addit. num.* 1. probatur, Sanatam post quinque annos ab omni epilepsiæ recursu immunem adhùc seruari.

Itaque cum satis constet tum naturæ, & artis imbecillitas ad hæreditariam hanc epilepsiam in Moniali profligandam; tum expetitum auxilium

(g) *Quæst. Medic. legal. lib.8. tit. primo quæst. 5. num. 10.*

(h) *De Miracul. medit. 7. n. 37.*

lium Seruę Dei Sororis Hyacinthæ Mariſcottæ; tum denique indè ſequuta perfecta, atque adhuc perſeuerans valetudo, reliquum eſt, vt concludamus, eandem ſanationem ad ſolam Dei Optimi Maximi potentiam per merita eiuſdem Sororis acceptam referendam eſſe, quod nobis in hoc etiam caſu demonſtrandum erat.

Atque hæc ſunt, quæ in ſenſu veritatis pro ingenij mei tenuitate de hoc etiam aſſerto Miraculo dicenda habûi, paratus, ſi quis perſuaſerit, meliora doceri. Interim verò animaduerſiones haſce meas tum Eminentiſſimis Patribus Sacræ Rituum Congregationis expendendas, tum vel maximè infallibili SANCTITATIS VESTRÆ Iudicio decidendas, demiſſiſſimè, Sanctiſſimos Pedes exoſculans ſubmitto.

SANCTITATIS VESTRÆ

Medicus à Secretis Io: Maria Lanciſius.

REVISA

Io: Zuccherinius Subpromotor Fidei.

Medicus à Secretis Io: Maria
Lancisius.

Io: Zuccherinius Subpromotor
Fidei.

VITERBIEN.

Beatificationis, & Canonizationis

VEN. SERVÆ DEI

HIACYNTHÆ

DE MARESCOTTIS

Monialis Professæ in Monasterio
S. Bernardini Viterbij Ordinis
S. Claræ, siuè Tertij Ord.
Sancti Francisci.

RESPONSIO

FACTI, ET IVRIS

AD VOTA

ILLVSTRISSIMI D. LANCISII

Super Miraculis Venerabilis Seruæ Dei.



X pluribus Miraculis, quibus Deus testimonio suo Ven. Hiacynthæ de Marescottis sanctitatem voluit nobis quoque esse confirmatam, Postulatores sex tantùm ad examen adduxerunt. Super eisdem Illustrissimus Dominus Lancisius Medicus à secretis Domini Nostri pro veritate requisitus ab Eminentissimo Dómino Cardinali Ponente Tria approbauit, videlicèt Secundum, Quintum, & Sextum, munusque sibi impositum tanta perspicuitate argumentorum, soliditate doctrinæ, candoreque styli adimpleuit, vt nihil vlteriùs addi posse videatur ad perfectum Trium Miraculorum iudicium efformandum. Verùm cum alia Tria, Primum, Tertium, & Octauum reiecerit cum supposito, quod facti circumstantijs ad Medicæ

dicæ flaterę lancem expensis, illia naturæ potiùs, quàm Diuinæ operationis signa censenda sint, absque temeritatis nota credimus, Postulatoribus permissum esse in medium afferre, quæ ex actorum contestatione ad explanandam insubsistentiam suppositi eruuntur.

RESPONSIO FACTI, ET IVRIS

Ad Votum super Primo Miraculo.

1 IN natura morbi Gratiosæ Antolinæ firmanda abijt in diuersa ab alijs Peritis Illustrissimus Lancisius, & contendit, fuisse dolorem Ischyadicum; Medicus autem Curæ, qui Infirmam per integrum triennium visitauit, partes offensas, veteresque cicatrices in coxendice obseruauit, ipsamque de ægritudinibus alias toleratis interrogauit, atque eidem medicamenta adhibuit, firmiter asseuerat in sua depositione, morbi indolem aliam non fuisse, quàm spinam ventosam, *Summario pag.* 24. à §. 126., *& seqq.* Cum Medico Curæ plenissimè consensit in sua doctissima Consultatione *à pag.* 27., *& seqq.* Dominus Paulus Manfredus, qui diligenter de more exploratis symptomatibus morbi dictæ Gratiosæ, singula conuenire declarat cum signis ab Auctoribus traditis Spinæ ventosæ.

2 Diffidentibus Medicis super morbi causa, vt plurimùm infelices Ægri conficiuntur; nequid simile accidat in decernendo de Miraculo à Sapientissimis Patribus, timeri forsitan posset, si in vtraque hypothesi Spinæ ventosæ, vel affectionis Ischyadicæ sanatio miraculosa non verificaretur. Sanè si admittitur, causam morbi fuisse Spinam ventosam, dilucidè Miraculo suffragati sunt vterque Peritus, videlicèt Iacobus Anticius Medicus Curæ, necnon D. Paulus Manfredus; Illustrissimus autem Lancisius quamuis totus sit in refellenda indole dicti morbi, nihil tamen in contrarium reposuit in casu, quo dicta hypothesis sustineretur; vndè prædictis duobus Peritis potiùs consentire, quàm refragari videtur.

3 Si verò præferantur argumenta pro Ischyade expensa ab Illustrissimo Lancisio, ipsomet Iudice, proclamanda pariter erit miraculosa sanatio, quoties morbi affectiones in Ægra ad eum gradum deuenerint, in quo os fœmoris luxatum sit, tabesque in parte offensa successerit, neruique vndiquè contracti fuerint, & dolores ad longum tempus perseuerauerint. Ità clarè se explicat in §. *Exclusa verò* auctoritate Hyppocratis 6. *aphorism.* 60. *Quibuscunque à coxendicum dolore diuturno molestatis excidit coxa, crus tabescit, & claudicant, nisi vrantur*, Negat tamen firmiter, huiusmodi signa morbi in Gratiosa extitisse, eo quia à Testibus in Summario minimè proferuntur; ibi = *Quorum profectò signorum altum est silentium in Summario*.

4 Huiusmodi assertio tàm generaliter prolata subsistat, vel ne, à puro facto dependet, & Postulatorum studium non excedit. Concedunt quidem, ea signa non reperiri in depositione Medici Curæ, quam forsàn secutus est Illustrissimus Dominus meus; sed cum ipse fuerit in sententia, Gratiosam ægrotasse Spina ventosa, non verò Ischyadicis doloribus, nulla erat causa, cur signa ad dictum morbum spectantia referret. Sed quæ præterijt Medicus, firmant Testes, & quidem de visu; asserunt nempè vehementem attractionem neruorum,

im-

impotentiam omnimodam ad motum; ac tabem, & quidem diffusam in toto corpore *Ægræ*, & vltrà triennium peruicaciam dolorum continuasse.

5 Testis vigesimusquartus ipsa Sanata, *Summario pag.* 12. §. 4. *ESSENDOSI RITIRATI GLI NERVI DELLA MEDESIMA COSCIA, E GAMBA,* (En attractionis signa) *DI MANIERACHE NON POTEVO STENDERE, NE RITIRARE IL PIEDE IN ALCVNA MANIERA, NE POTEVO CAMINARE PER CONTO ALCVNO. Et* §.7. *E per il viaggio mi condusse a Cauallo, PERCHE NON POTEVO CAMINARE, come sopra; lì nella Terra di San Martino mi continuò il detto male PER LO SPAZIO DI TRE ANNI* (molestia dolorum ad triennium prorogata absque dubio est diuturna) *sempre più crescendomi DI MODO CHE ERO RIDOTTA, CHE NON POTEVO REGGERMI IN PIEDI, E CONSVMATA, CHE NON AVEVO, CHE LA PELLE, E L'OSSA* (Ex his perfecta tabes dignoscitur. *Et* §. 9. *Finalmente mio Marito vedendo il caso disperato, determinò di condurmi à Viterbo per farmi vedere à qualche altro Medico, ma io temeuo di non poterci nè meno venire à Cauallo, volse nulla dimeno detto mio Marito condurmici; e però mi mise à Cauallo, che nè meno mi poteuo reggere, ed esso per la strada EBBE SEMPRE A RITENERMI SOPRA IL CAVALLO CON LE MANI.* (Ex hac circumstantia superlatiuè intelligitur in toto corpore extincta virtus motiua etiam in tempore proximo ad sanationem.) Et infrà. *Mi leuò da Cauallo pigliandomi in braccio di peso* (confirmatur eadem impotentia motus,) *e mi portò al Parlatorio. Et* §.12. *E così feci strascinandomi al meglio che potei in Chiesa con l'appoggio di mio Marito, e arriuata à quella benedetta Sepoltura, al meglio che potei, m'inginocchiai sopra, sostenendomi mio Marito, ma patiuo dolori grandi.*

6 Testis vigesimusquintus Benedictus Colangeli Maritus Gratiosæ, *Summario pag.*15. §.40. *Fù questa assalita da acerbissimi dolori nella coscia dritta, se ben mi ricordo, quali li caminauano fino alla punta delli piedi, ESSENDOLI RITIRATI I NERVI DELLA COSCIA, E DELLA GAMBA.* (En retractio neruorum) *A SEGNO TALE, CHE NON POTEVA CAMMINARE PER NIENTE, e strillaua dì, e notte &c. Andai à stare nella Terra di San Martino per Barigello, e ci condussi anche la detta Graziosa mia Moglie à Cauallo, PERCHE NON POTEVA CAMINAR NIENTE, e nel medesimo luogo di San Martino continuò à star così ATTRATTA, ET IMPEDITA PER LO SPAZIO, COME HO DETTO DI SOPRA, DI TRE ANNI in CIRCA* (dolor triennalis in coxendice certè fuit diuturnus) *con mio grandissimo trauaglio, e spesa, perche bisognaua, CHE LA TRAMVTASSI DAL LETTO AL FVOCO, E DAL FVOCO AL LETTO SVLLE MIE BRACCIA.* (Poteftne impotentia motus clariùs explicari? *E quando staua al fuoco, bisognaua, che la facessi stare sopra vn matarazzo. Et* §.43. *Lui l'aueua per incurabile, stiedo la detta Graziosa pur così trauagliata da' dolori, & attratta*, ESSENDOSI RIDOTTA IN STATO COSI' ESTENVATO, CHE NON AVEVA PIV' FIGVRA DI DONNA. (Ecce tabes. (*Et* §.47. *La presi dal Cauallo sulle mie braccia, e la posi, come hò detto di sopra, nel Parlatoria delle Monache. Et* §. 49. *Io allora la pigliai, e* REGGENDOLA SOTTO LE BRACCIA *la condussi al meglio, che potei in Chiesa sopra la detta Sepoltura, sopra la*

 qua-

quale la detta Graziosa CON STENTO GRANDE, E AIUTANDOLA IO MEDESIMO S'INGINOCCHIO'. Durauit ergò impotentia motus etiam in instanti genuflexionis super Sepulchro.

7. Ex dictis duorum horum Testium, ni fallimur, credimus conclusiuè probatam contractionem neruorum, eandem inficientem totum corpus, ac totalem ineptitudinem ad ambulandum, diuturnitatemque dolorum; vndè verificatur adamussim Textus superiùs adductus per Illustrissimum Lancisium ex Hyppocrate. Sanè sola pertinacia morbi ad inducendam luxationem sufficit, ita Bonerus *in Thesaur. tom. 3. lib. 5. de Arthritide cap. 32. pag. 456. in verb. Prognosis*, ibi = *Dolor Ischyadicus hoc habet peculiare, quod diù perseuerans coxæ luxationem infert, humor enim serosus, & pituitosus in articuli cauitatem, quæ amplissima est, sese insinuat, & si diù in ea immoretur, pars illius tenuior discutitur, crassiori remanente, quæ mucosa redditur, & ligamenta articuli ossa connectentia emollit, ac relaxat, vt os coxæ ex alueo suo excidat, indè luxatio contingit, ex qua etiam claudicatio sequitur; Prædictam doctrinam confirmant duo aphorismata, nempè 59. 6. Quibus diuturno coxendicum dolore infestatis coxa excidit, rursusque incidit, ijs mucones superueniunt, & aphorism. 60.* quod non repetitur, quia iam superiùs adductum est.

8. Additur contractio neruorum cum maximis doloribus, ex quibus *Zacchias in quæst. Medicolegal. tom. 1. lib. 9. consil. 5. sub num. 7.* pluribus citatis Autoribus, morbi grauitatem ita explicat = *Primò articuli patientis magnitudo in causa est, vt materia promptiùs, & quantitate copiosior ad illum descendat. Secundò magnorum ligamentorum, aliorumque vasorum multitudo dolorem facit acerbiorem, ex dolore autèm maiore maior sequitur attractio, & ex maiore attractione maior dolor, & fit quasi perpetuo circulo vna causa per aliam foueatur, vndè fit, vt in huiusmodi doloribus, asserente Auicenna loco citato, fiat effusio materiæ desuper ex toto corpore. Demùm ex tabe phthisis coxaria producitur, prout obseruat Riolanus in Ench. lib. 5. cap. 3. ibi si humor acerrimus putris erodat, cariem inducat, phthisim coxariam producit, quæ sensim ducit ad interitum.*

9. Cæterùm impotentia motus, in qua discretiuum morbi per se resolubilis à non resolubili ponit Illustrissimus Lancisius, vltrà superiùs citatos Testes firmatur etiam ab alijs, & quidem in statu proximo ad sanationem, videlicèt postquàm deducta fuit ad Monasterium Sancti Bernardini; Ità Testis vigesimusprimus *Summario pag. 20. §. 78.* = *Quella Donna era totalmente impedita, e non poteua da per se caminare, e muouersi, e vidi, che per venire in Chiesa l'appoggiauano, e la conduceuano.* Testis quinquagesimusprimus *pag. 21. §. 87. Il mal'era, per quanto essa mi disse, vn dolore acerbissimo in vna coscia, per il quale non trouaua riposo nè notte, nè giorno, asserendomi, che era da tre anni, che viueua tribolata, non potendosi muouere, nè reggere per niente sopra la detta coscia, e gamba; ed io la vidi nell'accostarsi prima alla Grata, e poi alla Porta, che non vi si reggeua per niente, ma la sosteneua il Marito. Et §. 90. si fece condurre in Chiesa con grandissimo stento così appoggiata à detto suo Marito sopra la sepoltura in mia presenza.* Testis quinquagesimussecundus *pag. 23. §. 106.* = *Viddi comparirmi questa Donna appoggiata ad vn Vomo, che disse essere il suo Marito, e si vedeua, che era tutta stroppia, e che non si potea regger per niente. Et §. 107. vidi nel medesimo tempo d. Donna così appoggiata da dett'Vomo inginocchiarsi con gran difficoltà sopra la detta sepoltura.*

10. Hisce tribus postremis Testibus concordantibus cùm duobus præcedentibus super statu immediato morbi tolluntur, ni fallimur, causæ, quibus tribuere studet nostræ patientis salutem Illustrissimus Lancisius, etiamsi, prout ipse supponit, ischyadicus dolor non peruenisset ad impediendam virtutem motricem in corpore Patientis. Nàm esto, quod huiusmodi dolores per se tandem aliquando cessent, prout ipse *in* §. *Equidem* probare nititur, hoc tamen nunquam succedit in instanti, & quando morbi vis non est in declinatione. Minùsque ad hoc conferre poterat equitatio; nam illa fuit breuissima, trium videlicèt milliariorum, ac dum veheretur equo, manu regebatur à Coniuge; ex qua circumstantia infertur, cursum non fuisse concitatum, sed lenem, dum Coniux manu eidem inseruire debebat. Præterquamquod valdè ambigendum est, an equitatio apta sit ad expellendam Ischyadem; refert enim *Sanctorius in Meth. Vit. Err. lib.* 14. *cap.* 8. duos milites à se curatos, qui ob nimiam equitationem in sciathicam inciderant.

11. Minùsque attendi potest altera causa liberationis à morbo deducta ex calore tempestatis, de qua *in* §. *legantur*, videlicèt quod cum sanatio successerit in die Ascensionis, appropinquante æstate, calor æstiuus valuerit dissipare in Gratiosa humorem peccantem. Nàm festum Ascensionis non cadit in æstate, sed in vere, quo tempore, prout testatur Hyppocrates *lib.* 3. *Aphorism.* similes morbi exacerbantur, prout etiam obseruat cum Galeno, Celso, atque alijs Zacchias *tom.* 1. *lib.* 9. *cons.* 5. *num.* 10.

12. Recurrit quoque in §. *Ad hæc* ad fiduciam susceptam in patrocinio Sororis Hiacynthæ, qua valdè iuuari Ægros ad diuturnos etiam dolores tolerandos, multis Autoribus citatis, contendit; Et ad reddendam rem probabilem refert ex Plinio, Ischyadicos à Teophrasto carmine fuisse sanatos, & inducit Laurentium Strautium, qui narrat, famigeratum Thebanum Ismeniam cithara, & voce Ischyadicos sanasse. Antequàm de effectibus Imaginationis ratio habeatur, liceat fabulam Poetarum cum verbis Scaligeri expellere, qui aduersùs *Cardanum exercitat.* 348. ita eius ludicrum commentum irridet *Ischya*, inquit, *dolor persæpè musica curatur, quia transferuntur aliò spiritus ab delectationem. Hoc iamdiù est, cum apud Græculam, vndè sumpsisti, ridebamus. Si solis spiritibus dolor coxendicis constituatur, eorum auersione profectò differatur dolor. Sin materia crassa est frigida, viscida, tantum abest, vt curetur, vt deductis aliò spiritibus materia etiamnum magis intrudescat.* Quare etiamsi suaui musica, ac lenibus cantilenis ab Ischyade cruciatus mitiores interdùm euaserint, tamen cum ab illis impedimenta non auferantur ab articulo, non est, quod Ischyas rebellis, ac pertinacis indolis non existat affectio, & eo magis cum Ischyadi luxatio, coxæque macies fuerit adiuncta.

13. Quo verò ad vim imaginationis aduerti supplicamus, hunc morbum non consistere in spiritibus, nec inuenis, sed in neruis, in quibus tabes inueterata quiescit, ideòque est difficilis remotionis, prout *Hyppocrates de loc. in homin. num.* 9. vbi ait, *Quicunque morbus autnis oritur, lenior est, quàm qui in neruis; diffluit enim vna cum humore, qui inuenis inest, & non quiescit; nerui autem sicci sunt; quicunque autem morbus in ipsis peruenerit, roboratur, & quiescit in eodem loco.* Cæterùm cauendum est, ne imaginationi tribuantur miracula, quia hoc ipsum cuperent Hæretici, qui, Pomponatio duce, omnia miracula nedùm Sanctorum, sed ipsius Christi Domini vi imaginationis euenisse

dicti-

dictitant, vt admonet Paulus Vecchi *obseruat. Medic. in Sacr. Scriptur. obseruat. 32. §. 4. Emmanuel Valle de incantat. opusc. 1. sect. 2. cap. 4. n. 6. Reyes in elys. iucundar. quæst. Camp. quæst. 50. nu. 22.*

14. Quinimmò in discussione Miraculorum tantùm abest, fiduciam diminuere illorum claritatem, vt sit vnum ex tribus necessarijs requisitis ad essentiam Miraculi firmandam, & ita expressè *Matth. 9.* Paralyticum doceuit Christus Dominus, *videns Iesus fidem illorum, dixit, confide fili*; quæ verba explicans *Cornelius à Lapide* inquit, *Paralyticus hic iam habebat fidem, sed Christus iubet, vt illam corroboret, & adaugeat.*

15. Sanè in nostro themate fiducia Gratiosæ habet aliquid in se extrà ordinem, vt si alia argumenta deficerent ad Miraculum firmandum, modus ipse inuocationis Miraculosus dicendus esset. Maritus inutilia remedia adhibita à Medico Anricio recogitans determinat alterius Medici operam experiri. Imponitur equo vxor, defertur Viterbium vbi cum peruenisset, interna motione ducta exposcit à Marito, vt omissis Medicis, eam deferat ad Monasterium Sancti Bernardini, in quo eum cognouisset Sororem Luciam Aggraui discipulam in spiritu Ven. Hiacynthæ, & ipsam quoque magnæ virtutis, de ea quærit, per eius preces sperans salutem obtinere. Intelligit à Monialibus, Sororem Luciam à biennio in lecto ægram detineri, & ab ijsdem cohortatur, vt fiduciam reponat in meritis Ven. Hiacynthæ, & quamuis de eiusdem Sanctitate, ac Miraculis nihil præsciuisset, annuit cohortationi, fiduciam suscipit, orat super eis sepulcro, & illicò sanatur, *Summario pagina* 12. §. 9., *& pag.* 16. §. 46., *& meliùs pagina* 25. §. 133.

16. Huic fiduciæ competunt, quæ dixit *Cornelius à Lapide in 2. ad Corinth. 3. vers. 4. Talis est fiducia, quæ suggeritur Sanctis à Spiritu Sancto ad facienda Miracula, vel opera virtutum heroica, quam Deus non tantùm in patrante, sed etiam in suscipiente Miraculum, aliudue donum Dei, quasi congruam dispositionem exigere, ac præmittere, priùsque donare, & inspirare solet, vt anima per confidentiam hanc se dilatans, & erigens, Miraculi, vel doni illius fiat capax.* Vndè Cassianus *collat. 9. cap. 92.* rectè dixit, *signum futuræ impetrationis esse, quando Spiritus Sanctus mouet ad petendum magna fiducia, & quasi securitate impetrandi.*

17. Demùm vt nihil intentatum omittat, *sub eodem* §. *Ad hæc*, dolores Ischyadis effectibus vterinis tribuit, nulla alia ratione ductus, nisi quia *pag.* 14. §. 25. eadem Sanata interrogata, an sumpserit aliquod medicamentum, respondit, à multo tempore nulla, addit tamen = *Solamente dieci, ò dodici giorni prima aueuo preso certi brodi alterati con fior di noce, capel venere, scabbiosa, e bettonica.* Infert enim flores nucum iuglandium, quos botanici iulos vocant, laudari in suffocatione vterina.

18. Ad hæc responderur, de nullo alio morbo Medicum curæ in Gratiosa cogitasse, quàm de spina ventosa, remedia autem, ac potiones quis credat ad alios morbos leuandos adhibuisse, quàm quæ apta existimauit vel ad leniendos dolores, vel ad auferendam morbi causam? Frustrà igitur inducitur suspicio de suffocatione vterina, ex quo in propinata potione flores nucum permixti fuerant, cum de tali affectione prædictus Medicus in sua depositione *pag.* 25. §. 128. *& seqq.* nihil dixerit.

19. Recolligendo igitur superiùs dicta, cum ex assertione quinque Te-
stium

ftium liquidò conftet de totali impotentia motus Gratiofæ etiam in inftanti, quo fuper fepulchro Ven. Hiacynthæ procubuit cum pertinacia dolorum, illorumque augumento, macie totius corporis, ac contractione neruorum, non eft ambigendum, morbum ad illum gradum deueniffe, in quo iuxtà etiam fententiam Illuftriffimi Domini mei Lancifij ope naturæ expelli non poterat. Vlteriùs probatum eft, etiam præfcindendo à dicto ftatu, caufas, quas ipfe adducit pro remotione dicti morbi, non rectè applicabiles effe in præfenti hypotheſi propter facti circumftantias, & Medicorum auctoritates, præfertim, fi ratio habeatur de contumacia morbi ad triennium, & vltrà prorogata; impoffibile enim effe proclamat *Zacchias in citat.confil.5. lib.9. num.6.* morbum chronicum abfque aliqua manifefta infigni excretione, atque euacuatione profligari, de qua in Summario altum filentium.

20. Et dato etiam per hypothefim, & caufis fubtiliffimè ponderatis per Illuftriffimum Dominum meum Confulentem ceffaffe fymptoma, debebat iterùm recrudefcere, prout *Auicennas 12. 3. tract.2. cap.5.* firmat = *Sciathica, & podagra cum curantùr, & eradicantur, earum materiæ funt ex eis, quæ redeunt qualibet ex caufa*. Refert, & commentatur hunc Textum *Zacchias in cit.confil.5.num.9.* per hæc verba= *Hoc eft, etiamfi ex toto curentur, itaut à radice humores eas producentes euellantur, leui tamen negotio, & facillimè reuerfionem faciunt. Non modo ergò morbus hic difficilis curatu eft refpectu acceffionum particularium, fed etiam refpectu recidiuæ.*

21. Itaque à primo ad vltimum vel fuerit fpina ventofa, vel fciathica morbus Gratiofæ, cum ceffauerit in inftanti, neque ampliùs reuerfionem fecerit, prò Miraculo referibendum eft.

RESPONSIO FACTI, ET IVRIS

Ad Votum fuper Tertio Miraculo.

1. VT fanationem Sanctimonialis Mariæ de Guerrinis à doloribus colicis à catalogo Miraculorum excludat Illuftriffimus Dominus pro veritate Scribens, vtitur obferuatione *Zacchiæ*, qui afferit, plures exitialibus fymptomatibus oppreffos contra omnem fpem euafiffe, quia morbis confuetis ægrotabant, idque frequentiùs euenire in mulieribus, quæ à difficilioribus, atque atrocioribus infirmitatibus fœliciter fæpefæpiùs extricantur. Vnde ipfe arguit, nullam vim fieri poffe in noftra hypotheſi in pertinacia colicorum, quibus ad triennium ægrotauit prædicta Sanctimonialis.

2. Hæc quidem obferuatio poteft fine vlla exceptione recipi in affectionibus hyftericis mulierum, in alijs verò morbis, & in fpecie in doloribus colicis ftipatis grauioribus fymptomatibus tota fchola Medicorum reclamat, prout pulcherrimè oftendit D.Paulus Manfredus in fua elaborata confultatione fuper hoc Tertio Miraculo *pag.23.* Reclamat etiam ipfamet experientia, cum fpiffi fint cafus eorum, qui frequentia horum dolorum oppreffi, deperditis tandem viribus, occumbunt. Et ne ad extranea exempla diuagemur, doloribus colicis occubuit Ven. Hiacyntha de Marefcottis anno quinquagefimo quinto ætatis fuæ, poftquam per plures annos cum infeftiffimis hifce torminibus colluctata fuiffet.

3.Hanc

3. Hanc veritatem ingenuè fatetur *in* §.*Et quanquam* Illustrissimus Dominus meus, indèque asserit, quod quando isti morbi sunt habituales, sæpè transeunt in alios, ac præsertim in paresim, hoc est, paralysim, & apoplexiam; negat tamen, id euenisse nostræ Moniali, quia partim natura, partim arte reuersiuorum dolorum causa foras extrusa fuit, prauæque corporis dispositiones prorsùs emendatæ fuerunt. Arte scilicèt, quia adhibiti fuerunt tempore paroxysmi duo clysteres, prout deponit vigesimus septimus Testis *pag.17.* §.77. *& post* §.81. quibus virtutem expellendi vim morbificam tribuit. Et vt rem probabilem reddat, conqueritur, non haberi relationem Medici curæ, ex qua dignosci poterat compositio dicti clysteris, cum plures adhiberi potuerint apri ad extrudendam dolorum causam, & in specie Narcotica, per quæ somnus, & quies inducitur.

4. Qualis fuerit compositio enematum, etsi non habeatur à Medico, potest tamen argumentari à grauitate symptomatis, quod excludebat validiora remedia, & in specie Narcotica; quoniam, vt monet *Bonetus tom.2.Thesaur. lib.4. cap.37. pag.527. in verb.Curatio, Narcotica nec viribus fractis, nec in causa frigida locum habent*. Quod autem vires nostræ Patientis essent fractæ colligitur ex toto Summario,& præsertim ex depositione Testis vigesimisexti *pag.13.* §. 50. = *Vltimamente, come hò detto, cinque anni fà in circa, mentre con l'altre Monache stauo à mensa, fù assalita la detta Suor Maria Visita dagli suddetti dolori con assalto più fiero del solito, di maniera, che io fui subito chiamata con dirmisi, che moriua. Corsi subito insieme con l'altre Monache alla sua stanza, e la trouai mezza morta fuori de' sensi, e tutta aghiacciata, che conuenne bruciare col fuoco gagliardo fino le lenzuola, senza che essa si risentisse, ò riscaldasse*. Et Testis vigesimus septimus *pag. 17.* §.74. = *Corsi sù la prima, e vedendola, che non auea più respiro, e sudaua, come gli moribondi &c.* In hoc statu nonnisi mortem ex Narcoticis properari probatur exemplo, quod adducit *Georgius Segerus in Miscell.Curios. anni 1673. obseru.82.* Narrat enim, Marthæum Rumplerum doloribus vagis in abdomine correptum fuisse, quos tamen familiari enemate dissipare consueuerat, attamen ætatis suæ anno septuagesimo grauioribus symptomatibus aggressum, cum neque ex reiteratis ter enematibus lenamen recepisset, ad Narcotica descendisse, eaque in desperato hoc malo satis copiosè exhibuisse, sed eum malum inducias non daret, tandem morbo cessisse.

5 Cæterùm cum Narcoticis non esset locus iuxta statum morbi, non alijs enematibus vti debebat, quàm corroborantibus, prout in cura dolorum colicorum aduertit *citatus Bonetus in dicto cap.27. pag.528.* media distinctione remediorum in tres species; primò curatoriorum in paroxysmo, secundò præseruatoriorum, quæ extra paroxysmi tempus dantur ad tollendam morbi causam, tertiò vitalium ad vires scilicèt inter tormina, & diros cruciatus conseruandas.

6 Ex enemate igitur ad summum confortari potuit,& forsan etiam liberari à paroxysmo,nunquam verò à causa morbifica in plexibus nerueis penitùs infixa. Et hic aduerti supplicamus, in morbo chronico annorum trium, qui semel, & sæpiùs etiam bis in mense sua symptomata renouabat, non tantùm Medicum Curæ,sed alios quoque consultos fuisse, pluraque remedia adhibuisse ad expellendam, vel refrænandam causam morbificam, atque inutiles omnes eorum conatus ex pertinacia morbi semper redditos fuisse *Summario pag.13.* §.48. *Furono fatti alla medesima Suor Maria Visita più, e più rimedÿ per più anni sotto la*

cura

cura del nostro Medico Ordinario, che è il Signor Giouanbattista Petrucci, e anche da altri Medici, che furono fatti da lei chiamare. Quis autem credat, si nihil profuerunt remedia præseruatoria longo tempore continuata ad contumacem materiam propulsandam, profuisse simplex enema restauratiuum ad eandem expellendam? Præsertim cum alijs vicibus similibus symptomaribus corriperetur, vsu enematum morbi inueterati causæ nunquam euelli potuerint *Sum. pag.* 19. §. 83. *Che poi li due cristieri, che li furono fatti in quel giorno, potessero liberarla da vn male così abituale, e inuecchiato, è del tutto impossibile, poiche se li erano fatti tanti in altre occasioni d'esserli sopragiunti tali dolori, e mai li aueuano fatto gioamento alcuno, come io hò benissimo osseruato con l'occasione d'essere Infermiera*.

7 Beneficium, quod Ars conferre non potuit, inspici debet, an illud collatum fuerit à natura. Hoc quoque enim intenditur probari in Voto §. *Præterea*, quia in actu paroxysmi sanctimonialis euomuit tenuissimam quantitatem materiæ nigricantis *Summario pag.* 14. §. 54. *E mi pare, se non erro, che desse fuora due boccate di robba nera, si riuenne immediatamente del tutto, cominciando à ripigliare il respiro aggiustamente, e disse, che non hauea più dolori, e che staua meglio*. Et *pag.* 17. §. 76. *E cominciò à riauersi, e alzatasi sù gettò dalla bocca trè bottate di robba nera dentro à vna bacinetta, che era lì, e che li porsi, e poi cominciando à poter parlare si raccomandò anch'essa all'intercessione della Serua di Dio Suor Giacinta &c.* Ex qua vomitione concluditur, dolores cessasse per crysim.

8 Respondetur, non negati per nos dicta vomitione iuuari potuisse Infirmam in liberatione symptomatis, nunquam verò in exclusione causæ morbificæ, itaùt recidiuæ non esset locus. Et ratio est, quia quando euacuationibus integra, & perfecta salus tribuenda est, illæ debent esse insignes; Quamobrem Zacchias agens de conditionibus Miraculum excludentibus quarto loco enumerat quidem euacuationes, non verò quasecunque, sed insignes, ita *tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* 1. *quæst.* 8. *de Mirac. num.* 13. ibi = *Hæc est autem quarta conditio ex parte sanationis, vtque per insignem aliquam euacuationem fiat, nempè per vomitum, per hæmorrogiam, per alui fluorem, per sudorem, per vrinam, aut aliam quamcumque euacuationem; has enim ego sanationes neque promptè, neque libentèr pro Miraculo admiserim*. Vltrà rationem tenuitatis materiæ vomitu emissæ attendi debet, quod in alijs symptomatibus vomitus fuit illi familiaris, & tamen recidiui semper fuerunt dolores intestinales, vndè non facilè comprehenditur, quomodo nunc eidem tribui debeat effectus, quem alias nunquam produceere quiuit *Summario pag.* 21. §. 97. *Subito era assalita dalli medesimi color colici, facendosi fredda, e negra, e venendole il vomito appresso, siccome io molte beae l'hò veduto, e osseruato più volte*.

9 In §. *Tandem* ponderantur verba *Summarij pag.* 8. §. 18. in quo dicitur, *Che di lì à qualdiei giorni li ripizzicarono i medesimi dolori*; vndè deducit, sanationem non fuisse perfectam. Huic difficultati vlteriùs inhærendum esse non credimus, ex quo in Responsionibus ad Animaduersiones R.P.D. Promotoris *à pag.* 36. *num.* 16., *& seqq. vsque ad* 38. lariffimè satisfactum fuerit. Vel enim rationes ibidem adductæ pro exclusione obiecti agnitæ sunt validæ, vel ne, si primum, inutiliter in campum reuocatur obiectio; si secundum, assignanda erat ratio, cur minùs vrgerent.

10 Verùm nostras rationes agnitas fuisse releuantes ab Illustrissimo Domino credimus, ex quo *in* §. *Quod verò* non dissimulatur liberatio secuta à doloribus colicis experimento integri quinquennij; sed ea tribuitur medicaminibus, quæ sumpsit, crysi, quam in vomitione habuit, ac ætatis mutationi, quæ miranda sæpè in nobis producit.

11 Ex tribus adductis causis duæ, videlicèt clysteres iniecti tempore paroxysmi, ac vomitio duarum, vel trium tantùm excreationum iam superiùs de medio sublatæ sunt, vt irreleuantes ad remotionem pertinacis materiæ in intestinis altè radicatæ. Superest tertia fundata in mutatione ætatis, & transitu facto in secundum senium, de qua magis confidit, eò quia in dicto quinquennio aliquando rheumate laborauerit, qui morbus senibus est valdè familiaris, & magis conueniens ætati senili, quam intestinorum dolores.

12 Hæc autem ætatis mutatio alijs duabus causis non est validior, quia regulariter morbi habituales, & chronici in senibus ingrauescunt; *Hypocrates lib.3. aphoris. vltim.*, *& Galenus de sanitat. tuend.libr.5. cap.* 8. Neque diuersam rationem militare in doloribus intestinalibus obseruant *Eugalenus lib.de Scorbut.tom.1.num.*114., *& obser.*30. 32.38., *&* 69., *Hieronymus Reusnerus lib.diexod. exercitat. de Scorbut.exercitat.*1.*pag.*89.90., *Gregorius Horstius tract.de Scorbut.sect. prima* §.19.*in Schol.*, *Salalbert.in Thes.de Scorbut.Thes.*146., *& Matthaeus Martini comm.de Scorb. thes.*75., quos citat, & approbat *Bonetus in Medicin.Septentr.tom.*2.*lib.*3 *sect.*14.*cap.*2. *cap* 600. Idemque refert *cap.*7. Mulierem quamdam annosam colicâ laborantem, quæ ossicula parua de gallinis, earum pullis, & auibus amabat comedere, vndè obstructio alui, & ab illa ileus, omnibus methodicè, sed incassum adhibitis die quinto feces alui cum lipothymijs, hoc est cum syncope, euomuisse, ac mortuam fuisse. Alium casum superiùs adduximus de Matthæo Rumplero, qui septuagenarius hoc morbo confectus est. Tertium quoque casum addimus, quem tradit idem *Bonetus in Anatom.Sepulcret.tom.*2. *lib.*3 *sect.*14.*pag.*901.§.11. de nobilissimo sene septuagenario doloribus intestinorum annuis tandem iugulato, cui post mortem globuli ouum gallinaceum æquantes quamplurimi colo affixi detracti sunt.

13 Cum igitur inefficacia fuerint probata remedia Artis, & Naturæ pro remouenda causa morbi intestinalis, superest, vt concludatur, liberationem ab eodem vnicè tribuendam esse meritis Ven. Hyacinthæ, præsertim cum in dicto quinquennio à noxijs cibis non abstinuerit *Summario pag.*8.§.21. *E quel che più accresce la marauiglia, è, che prima viueua con gran regola, astenendomi dalle cose dannose, e tanto patiuo, come sopra, gli detti dolori, e dopo auer riceuuta la grazia, Io hò mangiato d'ogni cosa con libertà, e hò anche osseruato la Quaresima, che prima non poteuo osseruare per il detto risguardo*. *Et pag.*13. § 43. *Era necessitata ad astenersi d'ordine del Medico da diuerse sorte di cibi contrarij, e che poi dopo auer riceuuta la grazia della suddetta liberazione hà sempre mangiato senz'alcun risguardo indifferentemente d'ogni sorte di cibi, che dà la Communità, ancorche contrarij; E nientedimeno non hà più patito detti dolori. Et pag.*14. §.56. *E tanto più si è ciò creduto, e si crede, mentre si è veduto, e osseruato, che doppo non hà più patito di dolor colici, nè d'altra infermità, benche non s'abbia auuto quella cura grande, che si aueua prima, e abbia indifferentemente*

man-

mangiato, e beuuto d'ogni cosa senzà risguardo a'cibi, che potessero rismuouere detti dolori, siccome era solita di risguardarsene per auanti. Et pag.21.§.97. *Prima del suddetto Miracolo la detta Suor Maria Visita si asteneua con cautela da cibi nociui di maniera che se auesse mangiato tantino di cose contrarie, come sarebbero stati frutti, insalate, legumi, ò cose simili, ò che auesse beuuto qualche poco di vino di botte, che fosse stato in fondo, subito era assalita da' medesimi dolor colici, facendosi fredda, e negra, e venendole il vomito, siccome io l'hò molto ben veduto, e osseruato più volte; e dopo il suddetto Miracolo hò anche veduto, e osseruato, che hà sempre mangiato indifferentemente, e senz'alcun risguardo d'ogni sorte di cibi, anche de'sopranominati, e hà beuuto sempre quel vino, che daua la Communità, e pure con gran mio stupore hò osseruato, che non hà più patito gli detti dolori.* Hæc solemnis est demonstratio veri Miraculi, quoniam monet *Auicenna 12. 3. tractat.2. cap.5. quod eum morbi chronici, sicuti sciatbica, podagra, & similes, curantur, & eradicantur, eorum materia sunt ex eis, quæ redeunt qualibet ex causa.*

RESPONSIO FACTI, ET IVRIS

Ad Votum super Quarto Miraculo.

1 IN Quarto Voto Illustrissimus Lancisius constitutiua Miraculi negat reperiri in sanatione à febribus Thomasiæ, & Fabiani Iugalium, etiamsi vterque sanatus fuerit instantaneè absque vllo medicamento, absque vlla crysi, ad solam intercessionem V.Hiacynthæ. Afferit siquidem, febrim Thomasiæ fuisse simpliciter synocham, cuius indoles mitissima est, vtpotè procreata à spirituum, & sanguinis tenuiori efferuescentia, neque apta durare nisi ad sextum, vel septimum diem: Alteram verò Fabiani diariam protractam nuncupat, benignioris quoque conditionis, ac minoris etiam durationis, vtpotè tertium terminum, aut quartum non excedentem.

2 Contrarium censuit Medicus Curæ Prosper de Marijs in *Summ. pag.11. §.49., & 50.* qui vtriusque Iugalis febrem proclamauit, fuisse duplicem Tertianam tali comitato symptomatum vestitam, vt nisi post longum tempus resolui posse prænunciauerit. Iudicium Medici Curæ confirmauit Dominus Paulus Manfredus in sua Consultatione *pagin.15., & 16.* vbi scitè ex obseruatione symptomatum, quorum affectiones distinctè examinat, concludit, d.sanationem viribus naturę perfici non potuisse.

3 Inter dissidentium Peritorum iudicia, quod præferri debeat illud Medici Curæ confirmatum validissimis obseruationibus Domini Pauli Manfredi, argumento minimè dubio demonstratur. *Gaspar Reyes in Elys.Iucundar. Quæstion.camp.quæstion.10.* mouet dubium, an Medico liceat, aut possibile sit, absentem ægrotum per epistolas curare, & argumentis pro vtraque parte excitatis resoluit cum distinctione: vel agitur de morbis chronicis, & habitualibus, vel de alijs acutis; in primo casu admittit, curam perfici posse etiam per absentes, in secundo

do autem negat authoritate Galeni,aliorumque Philosophorum propter mutationes, quæ breui tempore obueniunt in morbis acutis: ideòque indicationes, quæ ad morbos curandos necessariæ sunt,eum in eodem statu non durent, indigent præsentia Medicorum; idque probat authoritate Aristotelis asserentis, media, & extrema esse congenita, & eiusdem temporis, quare vbi non sunt congenita, consequentia non valent; ideòque si remedium præsens non colligitur ab indicante præsente, sed à futuro, vel præterito, nullum erit, & nullas habebit vires, vt morbum pellere possit.

4 Quæ veritas præcipuè vrget in febribus, quarum essentia dignoscitur à pulsibus, & vrinis, prout monet *Sennertus tom.2.lib.1.de Febr.cap.6. pag.708.*, & pleniùs *Bonetus in Thesaur.tom.1.lib.1.de Febr.tit.3.pagin.58. ex* Willitio ibi = *Pulsus, & Vrina præcipuè attenduntur pro dignoscendis tum morbi statu, tum agri viribus, cum enim duo sint, quibus vita nostra innititur, scilicet calor in corde accensus, & coctio in visceribus, & corde peragenda, quoniam pulsus, & vrina alterationes in vtrisque à febri inductas optimè ostendunt, ideò hinc affectus in mortem, aut salutem cessuri certissimum dignoscimus criterion.* Hęc regula non solùm valere debet in curatione febrium, sed etiam in decernendo de earum natura ad effectum concludendi, an sanatio ab ijsdem secuta dici debeat miraculosa, vel naturalis. Quomodo enim Medicus absens, etiamsi doctissimus fuerit,de febrium idea iudicium feret, si non tetigit pulsum, vrinas non explorauit, nec attendit relationem Medici Curæ, qui, & si in doctrina Medica non sit nisi modicè instructus, tamen non potest esse adeò idiota, cum habilitatus fuerit à Superioribus ad curam ægrotorum suscipiendam, vt non valeat distinguere signa febrium synocharum,siue ephimerarum,quæ sunt inter se simillimæ, à signis, & symptomatibus Febris Tertianę duplicis?

5 Non ideò tamen negamus, quamuis cum maiori difficultate, differentias febrium colligi posse ex depositione Testium, præsertim eorum, qui in facto proprio deponunt, prout in præsenti themate, in quo Thomasia,& Fabianus Coniuges deposuerunt de propriorum morborum symptomatibus,ex quibus Illustrissimus Dominus Lancisius quatuor signa collegit pro stabilienda febri synocha in Thomasia,& diaria protracta in Fabiano. Primum videlicèt tempus calidum,vndè dictæ febres non rarò causam sumunt; Secundum dolor capitis; Tertium lassitudo corporis: Quartum duratio terminorum febrilium, nam in Thomasia terminarunt post quartum, vel ad summum post sextum diem, & in Fabiano non continuarunt nisi ad primum, vel ad summum tertium diem, ita in Voto §.*Porrò quod febris per tot.*

6 Verùm nisi hallucinamur in intelligentia rei Medicæ, & inpercipiendo vero sensu Autorum, adducta signa minùs sufficientia sunt ad decernendum de controuersis febribus, vel quia sunt æquiuoca, vel communia omnibus febribus. Primum enim est pęnitùs extraneum, quia tempus messis non est adeò calidum, vt aptum sit per se producere has febres, nisi doceatur, febricitantes à solis ardoribus percussos fuisse in aliquo opere, vndè in corpore Spiritus febriles accensi sint: Quod optimè obseruans Illustrissimus Lancisius in §.*Et quanquam*, supponit, saltem Fabianum operam in agro inter messores egisse. Verùm primò id de Thomasia non verificatur; secundò neque etiam de ipso Fabiano, quoniam *Summ.pag* 8.§.26. idem refert, astitisse Vxo-

ri

ri infirmæ, donèc febre quoque ipse fuit correptus = *Finche non mi ammalai, io l'assistei sempre giorno, e notte* = Non ergo processit ad campum in primis tribus diebus Infirmitatis Thomasiæ; accessit quidem, sed postquam miraculosè sanitatem retulerat ad intercessionem Servæ Dei, vt pariter ipse testatur *pag.6.§.15. La mattina verso le due, ore, ò tre ore di sole ci leuammo tutti, e due, perche tutti, e due ci sentiuamo bene, e ci vestimmo con gli nostri panni, ed io non mi sentiuo, ne dolore, ne fiacchezza, ne male alcuno; ma stauo bene, come quando ero sano, e l'istesso mi disse mia Moglie esser di lei; ond'io me n'andai fuori in campagna à mietere il grano, perche ci aueuo due vomini à mietere, e mi riuscì di caminare alla campagna, e di mietere senza sentire patimento alcuno, sentendomi sano, come mi sent'ora* = Ex opere igitur, quod post sanitatem obtentam metendo egit, nimis impropiè fit transitus ad opus, quod præcedere debebat causam morbi.

7 Secundum de dolore capitis est nimis commune omnibus febribus, si in genere consideretur; quoniam, vt aduertit *Bonetus in Thesaur. to.1. lib.1.tit.3. pag.100. Pauci, qui febricitant, dolore capitis non vexantur, est enim hoc symptema, vt plurimùm omnium febrium comes*. Verùm in nostro casu hoc signum spectat ad febrem purridam, quia dolor capitis in geminis Iugalibus fuit vel acer, vel distensus, ideòque inter symptomata febrium putridarum reponendus est, prout reponitur à prædicto Boneto in loco citato. Et quod talis esset, deducitur à dictis Testium; de Thomasia inquit Maritus *Summ.pag.5.§.6. E aueua gran dolor di testa, siccome lei diceua, e per il medesimo dolore strillaua* = Et de semetipso *E dopo mi soprauenina il caldo grande, e cocente, pure con dolore di testa grandissimo, di maniera che tant'io, quanto d. mia Moglie per quel gran dolor di testa ci metteuamo delle pezze bagnate nell'acqua fresca nella fronte*, Thomasia autem *pag. 9. §.31. Mi ammalai con vna febbre continua grossa, e gagliarda, e con dolore di testa grande, che bagnauo delle fascette in vna tazza d'acqua fresca, e me le metteuo sulla fronte*. Et infrà *Di lì à trè giorni si ammalò il mio Marito Fabiano, venendoli anche à lui la febbre continua con gran dolor di testa, e così tutti, e due ci metteuamo sulla fronte le fascette bagnate nell'acqua fresca*.

8. Tertium signum lassitudinis corporis patitur eandem exceptionem, quià genericè sumptum conuenit omnibus febribus; si verò graue fit, & cum omnium virium prostratione, prout in præsenti casu, inter pessima symptomata febris putridæ notari soleta Medicis, vt obseruat idem *Bonetus citat.loc.pag.96. in verb. laboriosa febres*. De prostratione virium in *Summ.pag.6.§.13. Maritus = M'inginocchiai nel letto, e dissi vna Salue Regina auanti quell'Immagine, e la feci dire anche à mia moglie, la quale non poteua arizzarsi, nè inginocchiarsi. Et pag.7 §.22. Ed anche l'istessa sera ci ritrouammo senza forze indeboliti nel male, à segno tale, che la d.mia moglie nè meno potè alzarsi sùl letto, ed io se bene m'arizzai, come sopra, mi sentiuo fiacchissimo, e debolissimo*. Et *Thomasia pag. 9. §.31. Mi misi à letto, e non mi potei più leuare, sino che non ebbi la gratia, perche non mi poteuo reggere*. Et §. 34. *Non potei alzarmi, nè inginocchiarmi, perche non mi poteuo reggere, e la dissi così colea nel letto*. Et §. 30. *Ed io non mi poteuo regger niente, ne manco lui*.

9. Superest quartum signum durationis temporis, quod in Thomasia fuit sex dierum, in Fabiano trium, *Summar.pag.6.§.12. Che sarebbe stato*

stato il settimo giorno del male di Tomasa mia moglie, & il quarto del male mio. De febrium ephimerarum, ac synocharum duratione, *Benetus lib. 1. de Febr. tit. 2. cap. 1. pag. 22. sub num. 5.* ait = *Febris, quæ hoc ritu suscitatur, plerumque intrà vigintiquatuor horas terminatur: quod si ob maiorem sanguinis spirituosi æstum diutiùs prorogetur, rarò triduum excedit, diciturque ephimera plurium dierum, siuè synochus, non putris. Sin verò vltrà hoc tempus protendi contigerit hæc febris, in putridam facilè transit, scilicet à diuturna spirituosi sanguinis ebullitione tandem crassiores sulphuris particulæ incendium concipiunt, ac totam sanguinis massam efferuescentia sua inuoluunt. Et pag. 24 nu. 24 In putridam transit, vbi corpus vitiosis humoribus refertum est, qui à calore febris ephimeræ calefacti facilè putrescunt, & corrumpuntur. Degenerationis ephimeræ in putridam hoc certum signum est, quod iam vnus, aut alter dies elapsus est, nec tamen febris desinit, immò æger grauiùs laborat, calorque promiti acer euadit*, Prout in casu nostro, in quo tempore proximo ad Inuocationem vterque Æger pejus se habebat *Summar. pag. 13. §. 62. Io in quella medesima sera gli hauteuo lasciati ambidue con la febre, e co' medesimi accidenti, anzi più tosto maggiori*.

10. Admitti tamen aliquando potest, durationem temporis rectè inter signa febris synochæ, aut diariæ protractæ numerari, si concurrant alia signa dictarum febrium discretiua; si verò alia signa non concurrant, imò contraria notentur, vt statim videbimus, cum termini febriles non à natura morbi, sed à causa supernaturali finem habuerint, non possunt pro discretiuo dictarum febrium assumi, quin idem prædicari non possit de duobus febricitantibus sanatis à Christo Domino, de quibus *Zocchias in quæst. Medicoleg. tomo primo lib. 4. tit. primo quæst. 8. num. 55.*

11. Cæterùm signa discretiua synocharum, aut diariarum protractarum referuntur à *Sennerto tom. 2. lib. 1. cap. 7. in verb. signa*, ibi = *Signa huius febris ferè eadem sunt, quæ reliquarum ephimerarum, magis tamen euidentia, calor blandus, tamen maior paulò quàm in reliquis ephimeris sentitur, cutis non est sicca, sed madore quasi perfusa, vrina, & ipsa naturali similis est, crassior tamen, & rubicundior, pulsus vehemens, celer, frequens, plenus, & magnus, atque æqualis, facies, & totum corpus rubet, ac quasi inflatum apparet, venæ copia sanguinis tument, ac turgent, caput graue est, respiratio difficilior, somnus plerunque profundus, per quem rubra spectra offeruntur*.

12. Porrò si excutiatur Summarium, nullum ex his signis ex dictis Testium in nostris Ægris obseruare licet: calor enim febrilis in Thomasia non fuit blandus, sed vehemens, *Summar. pag. 5. §. 5. Mi ricordo, che era vna febre grande, che ardeua, e buttaua via dal letto i panni per l'ardore*. Et in Fabiano *m'ammalai anch' io Testimonio con febre grande, che mi veniua con freddo, che non poteuo riscaldarmi, e batteuo tanto alto, e dopò mi soprauueniua il caldo grande, e cocente: Medicus pag. 11 §. 30. Osseruai, che aueua la febre, e successiuamente viddi, che anche il male di d. Fabiano era del medesimo tipo del male di Tomasa sua moglie, e notai nell'vno, e nell' altro i medesimi accidenti di dolor di testa, sete grande, ed amarezza di bocca con inappetenza: Per il che considerando io, che l'essenza di questo male portaua lungbezza, determinai rispetto à Fabiano cauarli sangue, mentre non v'era ostacolo, e secondo la mia perizia così richiedea la Cura*. Dicta autem signa, inappeten-

petentia, nausea, sitis, gustus deprauatus à *Beneto in d.to.1.lib.1.tit.3. in verb. Symptomata febrium putridarum* pro discretiuis dictarum febrium recensentur.

13. Vrinæ non fuerunt concoctæ, & naturalibus similes, prout dicit Medicus *Summ.pag.12.§.58.Non essendo ancora apparsi segni di concozione.* De alijs verò symptomatibus, sicuti de rubedine faciei, de venarum turgefactione, de difficili respiratione, de somno profundo, ac de madore in cute, nec verbum quidem habetur in actis, & quoad vltimum notat idem *Sennertus cap.6.pag.708.num 7.* quod etiamsi adsint cætera signa, & hoc vnum deficiat, indicium est, febrem ephimeram in aliam febrem permutari; defecisse verò omninò sudorem, dixerunt etiam Testes *pag.8.§.27.& pag.11.§.44.*

14. Deficiunt igitur signa febris synochæ, & concurrunt alia febris putridæ, sed quandò hueusque adducta essent dubia, & æquiuoca, robur specificationis desumerent à symptomate frigoris, quo Fabianus corripiebatur in principio febris. Siquidem tale symptoma cum alijs superiùs enunciatis vnitum adeò febrem tertianam à cæteris febribus discernit, vt si Medicus Cutæ, qui de proximo illa sub oculis habuit, non cognouisset, censuram mereretur *Galeni in 1.ad Glauc.cap.5.* ibi: *Qui ex his non primò statim die agnoscit Tertianam exquisitam, fore non asinum Thessalicum, sed lapidem, quin lapidem molarem.* Releuantia symptomatis non negatur in Voto §. *Et quanquam*, sed vt illius vis supprimatur, cum auctoritate Riuerij asseritur etiam in febribus ephimeris aliquandò rigorem, aut horrorem adesse posse, in his videlicèt, qui à Solis ardore, vel frigore initium habent. Pro applicatione autem d. auctoritatis refertur, Fabianum ad metendum processisse, & sic Solis ardoribus incoctum febrili rigori causam dedisse.

15. Respondetur primò errari in facto, supponendo, Fabianum operam cum messoribus dedisse, priusquàm febri corriperetur; nam nusquàm ex Summario probabitur suppositum, imò contrarium resultat, prout etiam notauimus superiùs *num.6.* quod tribus diebus, antequàm ipse ægrotaret, noctu, ac diù inseruiuit Vxori ægrotanti, vt in *pag. 8. sub §.26.Finchè non m'ammalai, io li assistei sempre giorno, e notte, e dopò essermi ammalato, stauo così ammalato nel medesimo Letto.* Si ergò astitit Vxori ægrotanti, non potuit vstionibus solis in campo dare causam rigori febrili.

16. Respondetur secundò, d. symptoma frigoris non esse solitariè sumendum, sed conjunctim cum alijs symptomatibus, videlicèt cum calore ardenti, cum capitis excessiuo dolore, cum extrema virium lassitudine, cum inappetentia, cum oris amaritie, cum siti, cum incoctione vrinarum, ex quibus omnibus differentia febris tertianæ juxtà *Galeni auctoritatem lib.2. de caus. symptom.cap.5. & 2. de differ. Febrium cap.3. & 1.ad Glauc.cap.5.* plusquàm plenè percipitur.

17. Respondetur tertiò, auctoritatem Riuerij posse sibi locum vindicare, quandò agitur de vnica simplici febre, non verò in præsenti casu, in quo Fabianus tres assultus febriles passus est tribus diebus distinctis, prout clarè, & expressè ipse dixit *pag. 6. §. 11. E à me ordinò di cauarsi sangue, e queste cose si aueuano à fare la mattina seguente, che sarebbe stato il settimo giorno del male di Tomasa mia moglie, & il quarto del male mio.* Dubitat Illustrissimus Dominus, verè Fabianum vsque ad tertiam diem febrilibus symptomatibus laborasse, & sub §.*Porrò, quod febris* diuersa loca Testium expendit, ex quibus nihil

ctum Fabiani obscurari videtur. Verumtamen ejus verba adeò clara, & præcisa sunt, vt, cum loquatur de facto proprio, nullam recipiant interpretationem.

18. Cœterùm non desunt multa alia loca in Summario, ex quibus eadem veritas confirmatur. *Pag.* 5. §. 7. *Tant'Io, quanto detta mia moglie per quel gran dolor di testa ci metteuamo delle pezze bagnate nell'acqua fresca nella fronte, le quali poi ci furono leuate, , e probibite, perche ci faceuano crescere il male.* Hæc admissio, ac remotio fasciculatum madefactarum tractum temporis indicat, & pluralitatem terminorum febriliũ. *Pag.* 8. §. 27. *Nè auanti, nè doppo l'inuocazione della Serua di Dio &c. non ebbi alcuna euacuazione, nè meno in tutto il tempo, che Io stiedi ammalato.* Particula illa *nè meno in tutto il tempo, che Io stiedi ammalato*, tractum successiuum importat, ac pluralitatem.

19. Vxor Thomasia *Pag.* 9. §. 31. = *Di lì à trè giorni si ammalò mio marito Fabiano, venendogli anche à lui la febbre continua.* Et *Pag.* 10. §. 38. = *Tanto il male mio, quanto quello di mio Marito, sò, che era febbre continua, che mai ci lasciaua, e dolor grande di testa. E lo sò, perche quanto à me lo prouauo, e quanto à mio marito lo vedeuo, e lo sentiuo, che era lì nel letto con me.* An quià Thomasia erat mulier, & rustica, non fuit capax distinguendi, quod febri ephimeræ vnius diei non conuenit nomen febris continuæ. Certè cum in eodem lecto decumberet, noscere potuit, an vnum, vel plures assultus febriles Fabianus passus fuerit.

20. Ponamus nihilominus, Fabianum, & Thomasiam errasse, vel lapsu memoriæ, vel in nomine febrium, oportet quoque errasse Medicum, qui *pag.* 11. §. 49. ità de vtriusque ægritudine Testimonium fert. *Essendosi ammalata la suddetta Tomasa l'anno passato di vna febbre terzana doppia con accessione quotidiana senza intermittenza, mentre mai non restaua libera &c. il terzo giorno della malatia della Tommasa si ammalò anche Fabiano suo marito &c. ed osseruai, che auea la febbre, e successiuamente vidi, che anche il male di detto Fabiano era del medesimo tipo del male di Tomasa sua moglie, e notai nell'vno, e nell'altro i medesimi accidenti.* Hæc verba non indigent glosemate; nunquam enim potuisset affirmare, febrem Fabiani fuisse eiusdem typi cum illa Thomasiæ, nisi plures accessus febriles habuisset. Et *pag.* 12. §. 58. *Io credo assolutamente, che questa sanazione sia stata sopranaturale, sì perchè così in vn subito la qualità del male, che aueuano, non poteua cessare, mà richiedeua i suoi periodi, e suoi tempi, mentre non aueuo osseruoto nè rispetto all'vno, nè rispetto all'altro segno di declinazione del male, non essendo ancora apparsi segni di concozione.* Nisi verba improprientur, hæc certè continent pluralitatem terminorum.

21. Posito autem symptomate rigoris, ac frigoris in accessibus febrilibus triplicatis, morbi duratio à qualitate maioris, aut minoris rigoris pronunciatur, prout monet *Bonetus in Thesaur. tom 1. lib. 1. titul. 3. pag. 98. in verb. Refrigeratio in febribus*, ibi = *Longa refrigeratio in febre longam ægritudinem significat, breuis breuem: idem dicendum de vehementia: nàm vehemens refrigeratio cum valida virtute in febre non acuta longitudinem morbi portendit, in acuta autem signum est perniciosum, maximè si vires sint imbecilla aphorism. 37. 4.* In casu nostro vires erant imbecillæ, & refrigeratio vehemens, prout dixit idem Fabianus *pag.* 5. §. 7. *Di lì à trè giorni m'ammalai anch'Io Testimonio*

con

con febbre grande, che mi veniua con freddo, che non poteuo riscaldarmi, e batteuo tant'alto=Igitur benè ex vehementia frigoris prognosim accepit curæ Medicus, febrem in longum protrahendam esse, vt in *pag.* 12. §.51. *Per il che considerando Io, che l'essenza di questo male portaua lunghezza, determinai rispetto à detto Fabiano cauargli Sangue, mentre non v'era ostacolo, e secondo la mia Perizia così richiedeua la Cura.*

22. Exclusa febri synocha in Thomasia, ac diaria protracta in Fabiano, probataque qualitate febris tertianæ duplicis cum grauissimis symptomatibus, superflua redditur vlterior inquisitio super cessatione morbi, maximè cum certò certiùs sit, illum naturaliter non potuisse terminari, quando, prout diximus, ex vehementia frigoris portendebatur duratio ad longum tempus. Nihilominùs ex abundanti addimus etiam in systemate Illustrissimi Lancisij, cessationem febrilem tribui non posse somno, quem susceperunt ambo jugales post inuocationem Ven. Hiacynthæ, prout ipse prætendit in §. *Excluditur, & seq.* Primò quià gratis supponitur, febres diarias, ac synochas originem habuisse à calore, labore, ac vigilijs, cum de his circumstantijs silentium altum habeatur in Summario. Secundò, & validius, quià tempus, quo somno indulserunt, fuit breuissimum; nam intra secundam, vel tertiam horam noctis direxerunt preces pro sanitate obtinenda ad Seruam Dei, *Summario pag.* 6. §. 12. *L'istessa sera verso le due, ò trè ore di notte &c. m'inginocchiai nel Letto, e dissi vna Salue Regina.* Indè somnum sumpserunt §. 14. *Io mi messi giù nel Letto, e tutti, e due ci addormimmò, e verso mezza notte Io domandai à mia moglie, come staua, e mi disse, che se li era passato vn tantino il dolore, ed Io allora non aueuo quasi più niente.* Si juxtà circumstantiam temporis messis, quo infirmati sunt ambo jugales, fiat computus somni, per vnam tantum, vel duas horas quieuerunt; nam secunda, vel tertia noctis hora preces recitarunt, posteà cum obdormijssent, media nocte ex pergefacti sunt, quæ toto mense Iunij, ac principio Iulij incidit in horam quartam.

23. Quod si replicetur, resumpsisse deindè somnum, & vsque ad tertiam horam nascentis Solis obdormijsse, respondetur, satis esse, somnum non fuisse neque continuum, neque longum, ad hoc, vt eidem beneficium sanitatis tribui possit. Quæcunque enim auctoritates cumulentur ad somni beneficia extollenda in ægris, sunt semper intelligendæ de somno continuato vltrà tempus consuetum, prout obseruat cum Galeno *Bonetus lib.* 1. *de febr. tit.* 3. *pag.* 94. *col.* 2. *in fin.* vbi refert, ægros aliquando per integrum diem placidè dormijsse. Præterea si id accidisset in vno ex febrientibus, forsitan minùs inuerisimile reddi posset; at quod ambo parem vtilitatem retulerint ex somno discontinuato, & breui, etiamsi versaremur in hypothesi febris synochæ, ac diariæ protractæ, contrà omnem verisimilitudinem supponitur, prout optimè aduertit Medicus curæ *Pag.* 12. §.58. *in fin. E s'aggiunge per vn' altra dimostratione chiara, che questa sanazione improuisa, e seguita nel medesimo tempo tanto della Donna, quanto dell'Vomo non potea mai succedere da opera della natura, perche se per accidente fosse potuto accadere in quel medesimo tempo alcun termine critico rispetto à vno, era impossibile, che accadesse rispetto all'altro, mentre il medesimo male della Donna era principiato trè giorni auanti, e nel marito tre giorni dopo, e perciò concludo, che necessariamente la sanazione dell'vno, e dell'altro bisogna, che fosse sopranaturale, e miracolosa.*

Quæ

24. Quæ conclusio eò firmiùs vrget ex recuperatione virium adeò perfe-
cta in Fabiano, vt potuerit immediatè surgens è lecto ad campum pro-
gredi, messorem agere absque vllo salutis præiudicio, quæ circum-
stantia adeò releuans simul cum tot alijs superiùs adductis si perpensa
fuisset in Voto, nemo forsan esset, qui dubitaret, quod Miraculi ba-
sim constituere posset, ex quo ex illis tùm grauitas, tùm prolixitas
morbi non sine vitæ discrimine desumatur; vndè locum habent exem-
pla duorum febrientium, qui in Sacris paginis describuntur.

Thomas Montecatinius Aduoc.

REVISA.

Io: Zuccherinius Subpromotor Fidei.